DE ROMANO PONTIFICE

TRACTATUS

AUCTORE

DOMINICO GUALCO

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Tom. II

AUG. TAURINORUM

EX TYPIS HYACINTHI MARIETTI

[illegible]

De Romano

PONTIFICE

TRACTATUS

Auctore

DOMINICO GUALCO

S. Theologiae ac Iuris Utriusque Doctore

ET IN R. SUPERGENSI ACADEMIA
JURIS CANONICI ET ECCLESIASTICAE HISTORIAE
PROFESSORE AC PRAESIDE

TOM. II.

Augustae Taurinorum
EX TYP. HYACINTHI MARIETTI
1837.

« Ecclesiae Romanae privilegia Christi ore in B. Petro firmata, antiquitus observata, nullatenus possunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari . . . A Christo donata, a Synodis non donata, sed jam solummodo celebrata. »

S. Nicolaus I. epist. 8. ad Michael. Imper.

DE JURIBUS

ROMANO PONTIFICI

COMPETENTIBUS

DISSERTATIO III.

DE JURIBUS ROMANO PONTIFICI COMPETENTIBUS.

CAPUT I.

Romanorum Pontificum magnitudo ex commentis Isidorianis ortum suum minime ducit.

Febronius quam nunc R. Pontifices exercent potestatem supposititiis Pseudo-Isidori decretalibus innixam autumat, partumque ex tam spuriis fontibus jus falsum et commentitium declarat; at perperam omnino: nam ut Baronius loquitur (1) « Ostensum illis non indigere Romanam Ecclesiam, ut si falsitatis arguantur, suis ipsa destituatur juribus et privilegiis; cum etsi illis careat, ex legitimis, germanisque aliorum Romanorum Pontificum epistolis decretalibus satis superque corroborata consistat. »

« Blondello, inquit Zacharia, colla sua fatica ha in » fine a tutte le genti manifestato, che la grandezza del » Romano Pontefice non alle false decretali sta appog- » giata, ma agli antichi canoni, e a' più venerabili Padri » della cattolica Chiesa, da' quali quelle sono tirate (2). »

(1) *Baronius ad an.* 865.
(2) *Zaccaria Anti-Febronio dissert.* 3. *cap.* 5. *n.* 2.

ARTICULUS I.

Quo consilio Pseudo-Isidorus tot documenta confinxerit.

Sed quo consilio a Pseudo-Isidoro tot documenta conficta fuerint expendamus. Van-Espen (1) ita scribit « Collectio vulgo Isidori Mercatoris, cui hic impudentissimus falsarius inseruit non tantum confictas decretales sub nomine Pontificum Romanorum a Clemente usque ad Siricium, sed et plures synodorum canones in alienum sensum detorsit, et in suam collectionem sic detortos transtulit, idque vel praecipue ad ampliandum Sedis apostolicae auctoritatem, et signanter in examinandis et definiendis causis episcoporum. »

Verum fratres Ballerini de consilio disserentes quo Pseudo-Isidorus tot documenta confinxerit ita scribunt: Non desunt, qui cum amplificandae vel defendendae auctoritatis Romanorum Pontificum studio ductum ad ea procudenda excitatum fuisse arbitrantur; at falluntur manifeste. Licet enim in iis apostolicae Sedis amplitudo et auctoritas pluribus commendetur; non tamen hic impostoris scopus fuit, nec eadem Sedes, cujus privilegia, et jura quamplurima sinceris et vetustis documentis nituntur, illis apocryphis indigebat, ut cardinalis Baronius (2) notavit. Pseudo-Isidori autem consilium longe aliud fuisse ex ipsa collectionis praefatione satis dignoscitur. Postquam enim indicavit documenta, quae suae collectioni erant inserenda, hanc eorum colligendorum rationem subjicit. « Quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in unum a nobis coacta atque digesta, et sancti praesules paternis insti-

(1) *Van-Espen part.* 3. *tit.* 3. *cap.* 4.
(2) *Baronius ad an.* 865. *n.* 8.

tuantur regulis, et obedientes Ecclesiae ministri, vel populi spiritualibus imbuantur exemplis, et non malorum hominum pravitatibus decipiantur. Multi enim pravitate et cupiditate depressi, *accusantes sacerdotes oppresserunt.* Et multis prosequitur in eos acriter invehens, qui episcopos accusare audent, *ut se per illos excusent, vel eorum bonis ditentur*: ac plura ejusmodi judiciorum incommoda referens, illud urget, non posse cogi episcopos ad dicendam causam, si fuerint accusati, et rebus suis expoliati, aut gradu dejecti, et a Sede pulsi, nisi prius fuerint restituti; additque nonnulla de accusatoribus et accusationibus rejiciendis: quibus omnibus palam significat se ea potissimum mente collectionem confecisse, ut episcopis qui accusabantur, prospiceret.

Id quidem in apocryphis, quae conflavit documentis multo clarius elucet. Eandem enim semper de accusatis episcopis curam ac sollicitudinem praefert; cumque apostolicae Sedis auctoritatem praedicat, eo semper omnia refert, ut episcopi accusationibus impetiti et condemnati, si se gravatos sentiant ad illam confugiant, quae synodorum sententias retractare et si justum putaverit, irritas reddere potest (1).

Ballerinio consonat clarissimus Andres de Isidoriana collectione ita scribens « Che lo scopo dell'invenzione mirasse soltanto ad ampliare la podestà pontificia è la comune accusa, che le danno non solo gli eretici, ma il Marca eziandio, il Du-Pin, il Van-Espen, ed altri cattolici più propensi a deprimere l'autorità Pontificia, che il Mercatore ad accrescerla. Gli stessi Fleury e Van-Espen che tanto strepito fanno su l'ambizione di Roma, e su la

(1) *Fratres Ballerinii de antiquis collectionibus et collectoribus canonum.*

temeraria adulazione del Pseudo-Isidoro di secondarla colle finte decretali, danno poi a quest'invenzione un altr'oggetto da quello molto diverso, per esimere cioè i vescovi da' criminali giudizj, e per renderne più difficili le accuse. Infiniti passi delle finte decretali fanno vedere questa mira di mantenere salva l'indennità de' vescovi, e di tenere lontane le rapine e depredazioni delle lor Chiese. Anzi il Blasco vuole mostrare, che il Mercatore non curò altri diritti del Papa, fuorchè nelle cause criminali, particolarmente de' vescovi; nel che non cercò il vantaggio del Papa, ma solo quello de' vescovi. Pur troppo erano a que' tempi frequenti e scandalose le vessazioni de' vescovi per le prepotenze de' secolari, e per mettere qualche riparo a questi disordini pensò il falso Isidoro d'opporvi la forza dell'autorità di tante e sì antiche decretali (1). »

Sed vel ipse Espenius, ut animadvertit Carolus Blascus, alium fuisse potissimum impostoris finem, quam ampliandae Sedis apostolicae auctoritatis ex iis quae alibi observat, confiteatur oportet: nam de Gratiano loquens (2) ait: « Hic rursus adducit varia fragmenta fictarum decretalium, quae praecipue ad eximendos episcopos ab omni criminali judicio adornatae apparent. « Si praecipue decretales apparent adornatae ad eximendos episcopos ab omni criminali judicio; ergo perperam alibi, nec sibi constans, conscripserat eas adornatas vel praecipue ad ampliandam Sedis apostolicae auctoritatem. Et reapse ad sublevandos episcopos spoliatos, vel accusatos auctorem litterarum in primis respexisse recte observat clarissimus

(1) *Joannes Andres dell'origine, progressi e stato attuale d'ogni letteratura lib.* 3. *capit.* 1. *pag.* 629. *et seq.*

(2) *Com. in quaest.* 7. *causae* 11.

Fleuryus (1): « La principale matière de ces décrétales sont les accusations des évêques; il n'y en a presque aucune qui n'en parle, et qui ne donne des règles pour les rendre difficiles. Aussi Isidore fait assez voir dans la préface, qu'il avoit cette matière fort à coeur. »

ARTICULUS II.

An a Pseudo-Isidoro vetus disciplina abolita, novaque introducta fuerit.

§. I. *FF. Ballerin. Cardinalis Orsi, auctoris operis, cui tit. Italus ad Febronium et Bergier testimonia.*

Non pauci de Pseudo-Isidoro severius conqueruntur, inquiunt fratres Ballerinii, perinde ac si ejus imposturis disciplina vetus abolita, et nova fuerit introducta, adeo ut hinc deserti antiqui canones, fracti disciplinae nervi, perturbata episcoporum et provincialium conciliorum jura, sublatae judiciorum leges, aliaque rei ecclesiasticae damna illata fuerint. Haec autem novae et mutatae disciplinae reprehensio quam minus aequa sit, quisque facile intelliget, si duo animadvertat nimirum pleraque pseudo-epistolarum Isidori excerpta esse ex sententiis sanctorum Patrum, ex sinceris constitutionibus Romanorum Pontificum post Siricium, ex canonibus Conciliorum, ac ex Romanis legibus: quae sane novi juris, novaeque disciplinae non sunt: caetera vero eam disciplinam plerumque exhibere, quae jamdiu inoleverat, vel jam ante aliquanto induci coeperat. Impostura autem in eo sita est, quod Pseudo-Isidorus eas sententias iis auctoribus imposuerit, quorum

(1) *Fleuryus lib.* 44. *hist. Eccles. vid. Carolum Blascum commentar. de collection. canon. Isidori Mercatoris cap.* 7.

non sunt, et posterioris aevi disciplinam antiquioribus Pontificibus affixerit, quasi prioribus Ecclesiae saeculis haec viguisset. Ceterum quod de novae disciplinae introductione inseritur, stultus quidem plane fuisset impostor, si sperasset suam collectionem acceptum iri ab hominibus, quae novam omnino disciplinam a sui quoque saeculi moribus et consuetudinibus abhorrentem contineret. Quod si quaecumque contra consuetudinem ingeruntur, etiamsi bona et utilia sunt ipsa novitate perturbare solent; multo magis de iis timendum erat, quibus disciplinam per se optimam, et sanctioribus fultam legibus, longoque usu ab omnibus receptam quispiam evertere et immutare contenderet. Nulli autem tumultus, clamores nulli auditi sunt ob inductas decretales apocryphas, nisi in ea parte quae ad episcoporum causas et judicia pertinet. At in his ipsis causis atque judiciis, quod in pseudo-epistolis ac synodis Isidorianis traditur, non erat omnino novum. Nonne causae majores, quae circa accusationes episcoporum versantur, certis antiquorum Pontificum decretis apostolicae Sedi reservatae, sine ejus assensu definiri non poterant? (1)

Hac de re audire etiam praestat cardinalem Orsi ita scribentem: Egli è certo che quelle supposte decretali sono per la maggior parte formate da diverse autorità tratte dalle opere genuine de' Santi Padri, e tessute insieme malamente, e con barbaro stile, e in secondo luogo non sembra nemmeno probabile, che l'autore vi avesse indicata altra disciplina, fuori che quella che era attualmente quando egli scriveva in vigore nelle nostre parti dell'Oc-

(1) *Fratres Ballerinii de antiquis collectionibus etc. vid. inter caeter. Leonis epist. 6., 23. et 14. et Gregorii 4. epistolam primam ad universos episcopos vid. Auctorem operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neot ricos theologos, et canonistas t. 1. nota ad § 9. cap. 3*

cidente . . . . I punti ne' quali sembra che egli fosse più impegnato, sono le appellazioni non solamente de' vescovi, ma altresì de' chierici inferiori alla Sede apostolica, e la celebrazione de' sinodi, cui non vuole potersi adunare senza la permissione del Sommo Pontefice, e l'intervento de' suoi Legati. Ma quanto al primo punto, la S. Sede non ha alcun bisogno di queste sospette merci per sostenere il diritto delle appellazioni, che è una necessaria conseguenza del suo primato, e che viene provato dal consenso di tutte l'età, dall'autorità de' Maggiori, e da innumerabili fatti di storia non meno antichi, che incontrastabili; quanto al secondo, se si parla de' concilj ecumenici, le autorità de' concilj stessi e de' Santi Padri attestano la stessa verità, affermando non potersi celebrare alcun sinodo ecumenico, senza che egli v'intervenga, e vi presegga, o per sè, o per mezzo de' suoi Legati .... Coloro che si sono fissati per massima d'impugnare gli incontrastabili diritti della cattedra di s. Pietro, e di sostenere a dispetto della ragione, essersi per mezzo di queste decretali affatto sovvertita l'antica disciplina della Chiesa, hanno preteso, che a cagione delle medesime si sia tralasciato l'uso di celebrare i sinodi provinciali, ed esser quindi venuto il costume di portare le cause al giudizio della S. Sede: ma essi sono in un gravissimo errore; mentre oltre che le cause de' vescovi si rimettevano al supremo tribunale del Romano Pontefice anche prima che comparissero alla luce le supposte decretali, non solamente nelle provincie del nostro Occidente, ma nelle provincie ancora dell'Oriente e dell'Affrica, l'assemblee generali della nazione sono state la vera e sola cagione, per cui cessarono i vescovi di radunare i sinodi delle provincie secondo il prescritto de' sacri canoni. Gli stessi scrittori

si servono per così dire, ad ogni passo delle decretali, come di armi a loro giudizio inespugnabili, per gettare a terra d'un colpo tutti i diritti della Sede apostolica, e credono che basti loro il francamente asserire, che in esse trovansi accennati per concludere, che non se ne dee aver conto, come di cosa che da un falso principio ha avuto l'origine; e certamente si potrebbero anche gloriare di aver vinta la causa, qualora fosse una medesima cosa contenersi una proposizione nelle false decretali, e l'essere ugualmente falsa ed insussistente; ma poichè vi si trovano innumerabili verità, ed accennati parimente i principali misterj della fede, i quali perciò, giusta il vizioso raziocinio di costoro dovrebbono negarsi, non si dee pensare, che basti l'affermare, che i legittimi diritti della S. Sede sono riportati in quella raccolta per contraddire a' medesimi, ma fa d'uopo provare di più che non hanno altra origine, e farsi a negare que' testi genuini e legittimi de' Concilj e de' Santi Padri, e tutta quella lunga serie di fatti incontrastabili che ne comprovano la verità; e poichè ciò non si potrà giammai eseguire da chi, per sostenere un errore non siasi indotto a negare ogni forza alla tradizione, ed a giudicare di tutto a capriccio, questa loro asserzione dalle persone intelligenti ed assennate sarà sempre ricevuta col più alto disprezzo (1). »

Sed magis magisque Febronium temere dictitantem per Isidori decretales totum Ecclesiae statum immutatum fuisse, sic cum auctore operis, cui titulus Italus ad Febronium urgere juvat: « Vel regimen Ecclesiae in essentialibus immutatum est, vel non; hinc Febronius fugam capere nequit, ne directe respondeat. Si tale regimen in essentia-

(1) *Card. Orsi storia Ecclesiastica lib.* 54.

libus est immutatum; ergo portae inferi praevaluerunt adversus Ecclesiam Dei, et quidem in essentialibus, quod est contra fidem. Quod si haec immutatio in essentialibus facta non est; quid ergo clamat Febronius, quid perstrepit, quo ejus conamina tendunt? Post Isidorum quamplurima celebrata sunt Concilia, et quidem oecumenica, pluries de reformatione Capitis, et membrorum actum fuit. Sua libertate fruebantur Patres, ut ad pristinam formam saltem in essentialibus regimen ecclesiasticum tum in capite, quum in membris reducerent; quare igitur reformationem hanc tantopere necessariam non praestitere? Qua de causa rerum omnium summam intactam reservarunt? si Patres ad momenta minora manum admoverunt, cur ad maxima non attenderunt? Si de ultima synodo universali loquamur, Tridentina nempe, nemo denegabit amplissimam fuisse potestatem, quam Romani Pontifices, praesertim Paulus III. Patribus conciliaribus pro universali reformatione concessere, etiam quoad caput supremum Ecclesiae; et undenam factum est, quod de primatu monarchico, nec verbum factum sit, ut eum ad primam formam reducerent? Respondet Febronius, jam in ea suppositione primatus monarchici omnes Patres fuisse educatos; decretales Isidori nondum fuisse detectas ut falsas etc. Ergo post decem saecula soli novo nostro Febronio, una cum suis datum est detegere? Ergo Spiritus Sanctus revelavit soli Febronio, quod Patribus Concilii oecumenici Tridentini, in quo universa Ecclesia repraesentabatur, nec revelare, nec inspirare voluit (1)? etc.

Jure ergo meritoque clarissimus Bergier scribebat: « Quel-

(1) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist. 7. respon. 2. tom. 1. p. 118. et seq. vid. Auctorem operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas t. 1. nota ad* § 9. *cap.* 3.

» ques censeurs fort mal instruits ont attribué ces fausses » décrétales à l'ambition des Papes. Mais celui qui les a » fabriquées n'a été suscité ni payé par les Papes; il a » voulu étayer par de faux titres une jurisprudence éta- » blie avant lui (1). »

§. II. *Muzzarelli, Joannis Marchetti, Antonii Zacharia, aliorumque hac de re testimonia.*

Sed pulcherrima hac de re clarissimi Muzzarelli verba audiamus: Nei primi secoli, inquit Muzzarelli, l'opinione del Pontificio primato era così radicata, che nessuno ardiva negarla, e le prove che se ne adducevano erano le medesime che si sono addotte in ogni tempo. Leggete la lettera scritta da Papa Zosimo al Concilio di Cartagine dell'anno 417, e osservate con che sicurezza protesta a quel Concilio la sua universale autorità fondata sulla tradizione, su l'antichità, sul consenso di tutti i Padri, e su la promessa di Gesù Cristo. « Quamquam Patrum tra- » ditio (2) apostolicae Sedi auctoritatem tantam tribuerit, » ut de ejus judicio disceptare nullus auderet, idque per » canones semper, regulasque servaverit, et currens adhuc » suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomine, a quo » ipsa quoque descendit, reverentiam quam debet, exsol- » vat; tantam enim huic apostolo antiquitas per senten- » tias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque » Christi Dei nostri promissione, ut et ligata solveret, et » soluta vinciret; par potestatis conditio data in eos, qui » Sedis haereditatem ipso annuente meruissent. Habet » enim ipse cum omnium Ecclesiarum, tum hujus ma-

(1) *Bergier dictionnaire de théologie tom. seocnd.*
(2) *Zosim. ad Concil. Carthag. ep. 10. Concil. Mansi tom. 4. col. 366.*

» xime ubi sederat curam » . . . . . . Prendete poscia a leggere l'esordio della lettera di s. Leone a tutti i vescovi della Sicilia (1): « Divinis praeceptis, et apostolicis mo-
» nitis incitamur, ut pro omnium Ecclesiarum statu im-
» pigro vigilemus affectu; ac si quid usquam reprehen-
» sioni inveniatur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab
» ignorantiae imperitia, aut a praesumptionis usurpatione
» revocemus. » Dopo le decretali d'Isidoro avrebbe potuto un Papa cominciare una sua bolla con un proemio più espressivo della sua universale autorità ?. . . Valentiniano III. non poteva spiegare più chiaramente il suo sentimento . . . . . Galla Placidia scrivendo a Teodosio suo figlio su la causa di Flaviano vescovo di Costantinopoli, il quale avea appellato alla Sede apostolica, chiama questa Sede la più eccellente di tutte, in cui s. Pietro avea stabilito il principato della vescovile dignità ... Molto più eloquente in esaltare la primazia della Sede apostolica è la lettera di Teodoreto vescovo di Ciro diretta allo stesso s. Leone: « Ad apostolicam Sedem vestram accurrimus,
» ut Ecclesiarum ulceribus remedium a vobis accipia-
» mus. Vobis enim primas in omnibus tenere convenit.
» Multis siquidem praerogativis ornatur Sedes vestra. Et-
» enim alias urbes ornat vel magnitudo, vel pulchritu-
» do, vel habitatorum frequentia: nonnullas etiam quae
» his carent, spiritualia quaedam dona illustrant; vestrae
» vero bonorum affluentiam bonorum largitor dedit. Illa
» enim omnium maxima et clarissima, quae et orbi ter-
» rarum praesidet, et incolarum multitudine redundat. »
Facciamo adesso alcune brevi riflessioni: Primo su la metà del quinto secolo la dottrina del Pontificio primato era quella che correva nell'Occidente e nell'Oriente; era

(1) *Ep. 4. edit. Venet. 1741.*

quella che si teneva dal Papa, dai vescovi e dalle Corti. Dunque su la metà del quinto secolo la dottrina del Pontificio primato era la dottrina comune della Chiesa cattolica. Secondo questa dottrina non riguardava una preminenza di onore, ma bensì un primato di vera giurisdizione, perchè in virtù di essa si deferivano al giudizio della Sede apostolica le cause dei vescovi persin dell'Oriente. Dunque su la metà del quinto secolo il Papa godeva gli stessi diritti, che iu seguito gli attribuirono le decretali.. Terzo su quali fondamenti si appoggiava sin d'allora principalmente questa dottrina? Su la Divina istituzione sugli apostolici insegnamenti, su la pratica dell'antichità. Dunque Gesù Cristo, gli Apostoli, e i primi Padri sono i fondamenti di questo primato Pontificio, non le decretali o i teologi degli oscuri tempi (1). »

Verum silentio praeterire non debeo egregium Joannis Marchetti testimonium. Clarissimus auctor de praedictis decretalibus disserens haec habet: « Le massime delle de» cretali supposte, in punto di giurisdizione ecclesiastica, » son elléno poi veramente nuove e prima d'Isidoro inau» dite? . . . Il Calvinista Blondello (testimonio su que» sto punto niente sospetto) volendo dimostrare la sup» posizione di queste decretali, ha fatto vedere, che eran » desse un tessuto di sentimenti e parole delle leggi, e » canoni antichi (tranne pochissime cose), e de' Ponte» fici, e Padri, che fiorirono nel quarto, e quinto secolo » della Chiesa. Ed ebbe perciò ragione Mons. Pietro de » Marca arcivescovo di Parigi (2), di rampognare Blon» dello stesso, poichè faceasi lecito di lacerare acremente » queste decretali medesime, mentre le dimostrava un

(1) *Muzzarelli il buon uso della logica in materia di religione tom. 1. opusc. 3. pag. 135. et seq.*

(2) *De concord. lib. 3. cap. 5.*

» centone di così venerabili autorità compilato. Quindi
» anche è osservazione di altro recente Critico Ludovico
» Antonio Muratori (1), che *id moris est scriptori illi*
» (*Isidoro*) *ut nihil sine antiquorum scriptorum suffragio*
» *scribat, imo saepe ipsamet eorum verba diligentissime*
» *describat, sicuti a Blondello in singulari opere demon-*
» *stratum fuit.* Or quivi io ne tirerci due conseguenze
» brevissime: Isidoro nel secolo VIII. o anche meglio nel IX.
» bene avanzato, tessè il falso suo panno co'sentimenti,
» anzi colle stesse parole degli antichi canoni, e de'Padri
» del quarto, e quinto secolo; dunque i sentimenti di
» queste decretali non eran nuovi, non inauditi, allorchè
» Isidoro gli scrisse: Dico anche di più, in un secolo di
» tanta critica qual egli è il nostro, ed in cui si fa tanta
» profession di buon senno non si possa senza vergogna
» giugnere a persuadersi, che Isidoro fosse mai potuto
» riuscire ad introdur nella Chiesa tante e tanto sensibili
» novità quante ne deplora ad ogni tratto il Fleury. Se
» ne consulti la critica, e si ricerchi nelle più esatte sue
» regole, come mai ad un Falsario d'ignoto nome, abbia
» potuto essere così propizia la sorte, fino a fabbricare
» un codice, che tutte distruggesse ne'giudizj le costu-
» manze de' giorni suoi, da capo a fondo sconvolgesse la
» disciplina delle Chiese, annientasse i loro diritti, l'esen-
» zioni, i privilegj? Che i primati, i vescovi, il clero, i
» regolari, i laici sottoponesse ad una servitù non mai
» fin allora conosciuta; inducesse una straniera autorità
» ne'giudizj, ne'concilj, negli appelli, nelle erezioni de'
» vescovadi, e nelle loro elezioni: trasferisse capricciosa-
» mente il diritto di primato nelle provincie, da uno ad
» un altro vescovo; smembrasse i vescovadi da una di-

(1) *Muratori opusc. de 4. Temp. Jejun. ad Joann. Bapt. de Miro cap.* 5.

» pendenza, c gli aggregasse ad un' altra etc? E ciò chc
» più monta asserisse tutto ciò come pratica antica, e
» inconcussa, quando ciascheduno con i proprj occhi
» avrebbe veduto prima che colui scrivesse, la tutto af-
» fatto contraria osservanza. Più: interrogate la critica,
» s'egli è possibile, che questo codice così assurdo, e vi-
» sibilmente contradittorio, come supponesi, alla disci-
» plina de' tempi suoi; lesivo de' diritti allor vigorosi di
» tanti vescovi, di tanti primati, di tante provincie; s'egli
» è possibile, che questo codice allora nato, oscuro, e di
» qualunque esterior sostenitore manchevole, riccvuto
» fosse, quasi dal Cielo disceso, non dico da quelli, che
» alla potestà loro ne ritraevano ingrandimento, ma da
» quegli stessi, cui manifesti irreparabili danni arrecava;
» ricevuto fosse, come un oracolo non già in un sol pae-
» se, non in una sola diocesi, non in una sola provincia,
» ma in tutta (a usare i termini del Fleury) *in tutta la*
» *Chiesa Latina*: che gli stessi così gravati, tanti di nu-
» mero, e di interesse, di genio, di costumi, di nazionc
» diversi; tutti generalmente senza dolersi, senza rccla-
» mare, senza aprir bocca, piegassero stupidi il collo ad
» una soggezione non mai prestata, e che loro spacciavasi
» come antica e dovuta, eppure Isidoro, Isidoro Peccato-
» re, o Mercatore, di cui oltre il nome, niuno ha mai
» avuto certa contezza chi egli fosse, Isidoro ha potuto
» ottener tutto questo. Egli trovò gli uomini de' tempi
» suoi organizzati talmente, che neppur vedevano cosa si
» faceva da loro stessi; gli trovò privi affatto dell'amore
» delle loro più preziose prerogative; giacchè (senza ajuto
» alcuno della critica) ognuno che aveva occhi, veduto
» avrebbe colla maggior chiarezza, che Isidoro creava, o
» distruggeva cose reali, sensibili, di fatto, pubbliche, e
» passate per le mani di tutti, e bastava aver amor pro

» prio per risentirsene. E non solamente ha ottenuto pa-
» cificamente un intento sì portentoso, ma ciò che a me
» arreca più meraviglia, è giunto a persuadere a' critici
» del secolo XVIII. di averlo fatto! Io confesserò di buon
» grado di non aver tanta critica da inghiottir pillole sì
» madornali, e scabrose; che anzi mi sembra che ogni
» buon discorso richieda il conchiuderne, che sendo gli
» uomini stati sempre in qualunque tempo gli stessi, il
» codice di cui parliamo, dovea necessariamente contener
» cose diverse pochissime dalla disciplina, che allorquando
» ei nacque, dalle Chiese si riteneva. Quando questo solo
» sia vero non troverà ammiratore il sig. Fleury, che al
» sol criterio di senso comune non comprenda l'eccessivo
» di tutte le declamazioni contro le false decretali tanto
» famose nella sua storia. Se la disciplina non si cangiò
» da Isidoro (e non potea veramente cangiarsi), converrà
» a' seguaci del nostro autore rimontare ad altri tempi, e
» ricercare altrove l' epoca del cangiamento preteso in
» certi punti importanti, che ognuno sa, che Fleury cre-
» de ritrovar francamente nella collezione del Mercatore:
» Oh! il ripescare altrove siffatte mutazioni, non è tanto
» comoda impresa » (1).

Sane Isidori decretales doctrinam, praxim, et disciplinam IV. V. et VI. saeculi continere docet quoque auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus, cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas. Si quid ergo per decretales immutatum fuit, idcirco non falsum aut novum, sed statui Ecclesiae horum saeculorum conforme dici debet. Certe omnis innovatio contra usus receptos, et veteres consuetudines odiosa est, et absque tumultibus fieri vix potest, quare igitur ista mutatio tam cito, tam quiete

(1) *Marchetti critica della storia Ecclesiastica e de' discorsi del sig. Fleury tom. 1. art. 1. § 1. n. 4.*

et universaliter introducta est? . . . Denique Isidorus romanus non fuit, ejus decretales, nec Romae, nec curiae Romanae, mandato compilatae sunt; ut quid ergo Roma de imposturis, et usurpationibus accusatur (1)?

Non nego, inquit Zaccaria, che le Isidoriane decretali abbiano qualche cambiamento alla disciplina portato. Ma quale? Questo di ristabilire più universalmente la primiera disciplina, che forse in alcuni luoghi per contrarie consuetudini era scaduta, e di renderla più universale. Forse anche era avvenuto dicono i Ballerini, che la disciplina in favor de' buoni a prevenire le fraudi instituita per altrui malvagità fosse ad abuso degenerata, e alla impunità degli scelerati servisse; ma al comparire di questa raccolta s'illuminò il mondo a conoscere gl'introdotti disordini, a torli di mezzo si riconfortò » (2).

Hac de re consentientem etiam habemus auctorem operis cui titulus dello stato della Chiesa, e legitima potestà del R. Pontefice, cujus verba in medium afferre operis pretium esse censeo. « Se i lodati Concilj anche ecumenici, i vescovi del primo ordine, e dietro ad essi tutti gli interpreti, come dice il Natale, del diritto pontificio, tutti i teologi polemici e scolastici che per il corso di 4 secoli fiorirono, senza badare alla mano che scrive, leggono, venerano, rispettano in queste lettere le dichiarazioni degli antichi canoni, gli oracoli de' Padri della Chiesa, che scrissero innanzi il secolo VIII. col mezzo di esse si metterono alla difesa de' dogmi della s. Fede, cercarono di tener per esse ferma la disciplina, la polizia Ecclesiastica, come poi Febronio ravvisa tutto il contrario, vale a dire solo falsità, imposture, perniciose dottrine, ed il

(1) *Auctor. oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas nota ad* § 9. *cap.* 3. *t.* 1.

(2) *Zaccaria Anti-Febronio dissert.* 3. *cap.* 5. *n.* 4

seme poco meno della total rovina della Chiesa? Avrà forse il coraggio di chiamare tanti valenti uomini ignoranti, privi di discernimento, preoccupati da prevenzioni? È possibile che non voglia risparmiarla neppure ai Concilj ecumenici, che rappresentano la vera Chiesa » (1)?

Quapropter tanta fuisse temporum iniquitate abusum vel abuti ita potuisse Isidorum, inquit clarissimus Petrus Scavini, ut sub conficta antiquitatis larva Juris canonici faciem penitus immutaret, privilegia perturbaret episcoporum, novam nemine reclamante induceret disciplinam, atque eatenus inauditam in Romanos Pontifices conferret auctoritatem, nemo nobis faciet persuasum (2).

Sed jam mihi concludere fas sit cum auctore operis cui tit. De l'autorité des deux puissances « l'Eglise ne » peut jamais varier dans sa doctrine, elle ne peut ja» mais enseigner l'erreur: ces deux propositions sont de » foi. Or il est certain, que du moins, postérieurement » aux décrétales, la jurisdiction du Pape a été générale» ment enseignée dans l'Eglise, comme de droit divin; » non seulement par les conciles, mais en particulier par » les évêques, par les docteurs, par les souverains pon» tifes; il est certain que l'enseignement a toujours été » uniforme à cet égard, qu'il n'a jamais été contredit par » aucune église particulière, par aucun docteur catholi» que. Donc tel a été aussi l'enseignement de l'Eglise » avant les décrétales, donc cet enseignement est confor» me à la foi: donc la doctrine opposée est diamétrale» ment opposée à la doctrine de l'Eglise » (3).

(1) *Auctor operis cui tit. dello stato della Chiesa e legittima potestà del rom. Pontefice capit.* 2. *n.* 7.

(2) *Petrus Scavini instit. Jur. canon. cap.* 3. § 1.

(3) *Auctor operis cui tit. de l'aut. des deux Puiss. t.* 2. *chap.* 2. § 1. *art.* 5.

CAPUT II.

De causarum majorum ad Sedem apostolicam relatione.

ARTICULUS I.

Ad Romanum Pontificem ob ejusdem primatum majores causas referendas esse constat.

Causae majores ad Sedem Petri propter primatum ipsi adhaerentem, referri debent, et hoc quidem, inquit auctor operis cui titulus Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, non ex reverentia arbitraria, sed debita, et fundata in potestate ab ipso Christo Domino D. Petro collata, quae dein traditione atque statutis Patrum firmata est (1). « Et sane oportuit, ut animadvertit P. Coustantius, unam aliquam et singularem Ecclesiam a Deo constitutam esse, quae praeesset aliis, cujus ope atque auctoritate per orbem terrarum omnem innotescerent, quae in provinciis peculiaribus detegantur haereticorum flagitia, errores, doli, quaeque his malis adhibenda sint remedia, ut una eademque omnium perstaret incorrupta fides, neque communionis, aut pacis vincula solverentur » (2).

(1) *Auctor oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus Neotericos theologos et canonistas t. 2. nota ad* § 1. *cap.* 4.
(2) *Coustant praefat. ad epist. roman. Pontif.*

ARTICULUS II.

Romanae Sedis in dubiis sive doctrinae, sive disciplinae communis consultationum, majorumque causarum ad ipsam relationum exempla.

Romanum Pontificem, ut inquit Mansi Archiepiscopus Lucensis, curam semper Ecclesiarum orbis universi gessisse, nihilque fuisse causarum majoris momenti, quae licet discussae et judicatae in provinciis, ad illum tandem non reciderentur, Ecclesiasticae historiae paulo studiosum latere arbitror neminem. Negabant Asiatici Pascha eadem die, qua caeteri, sibi celebrandum esse; Victor Papa redarguendos illos assumpsit, segregationemque illis minitatus est, nisi se caeteris adjungerent. Quisnam aliarum Urbium episcopus id sibi agendum in episcopos alterius Dioecesis et provinciae, arrogasset unquam? S. Cyprianus quid umquam gravis causae habuit in Ecclesia sua, quod non statim ad aures Romanae Ecclesiae detulerit? Felicissimus seditionem in Cyprianum commoverat; Cyprianus perduellem excommunicavit, causaeque universae acta omnia Romam transmisit, et Felicissimus tentans Romae admitti a Cornelio ibi tulit repulsam. Libellaticis crimen suum confessis, et exhomologesi expiatis pacem dandam s. Cyprianus in frequenti Afrorum Concilio statuerat; nec a petenda a Romano Praesule legis suae confirmatione sese continuit. In controversia de Baptismo Haereticorum ea quae in commune a se, et a collegis decreta fuere de iterando Baptismate ab Haereticis collato, scriptis Synodicis litteris Stephano Papae statim exposuit. Adversatus est huic sententiae Stephanus, et ita adversatus, ut veterem traditionem teneri jusserit (1). Video s. Polycarpum Romam contendere ad Papam Anicetum, ut cum eo de

(1) *Mansi archiepisc. Lucensis.*

die Paschatis ageret (1). Cerno s. Irenaeum « ob quasdam Ecclesiae quaestiones legatum Romam missum, honorificas super nomine suo ad Eleutherium episcopum perferre litteras uti fert s. Hieronymus. » Afferuntur ab Eruditis quamplures alii qui relationes Romam ad Romanum Pontificem tulere. Afferunt iidem Dionysium Alexandrinum episcopum qui Romanis Pontificibus retulit acta Antiochenae Synodi contra Novatianenses. Afferunt Lucianum Presbyterum Antiochenum qui retulit causam Serapionis Laici, nec non quaestionem de Haereticorum Baptismo. Sic Synodus II. Antiochena contra Paulum Samosatensem ejusdem civitatis episcopum, ad eundem Pontificem omnia sua acta retulit (2).

Cum Arius gravissimam haeresim in Oriente disseminaret, atque Eusebius Nicomediensis episcopus eum in patrocinio haberet, Alexander Alexandrinus episcopus, ut refert Abrahamus Bzovius (3), quamquam omnibus qui ubique fuerunt catholicae Ecclesiae comministris, praecipue tamen Sylvestro Romano Pontifici novitatem blasphemam renunciavit. Ruffinus etiam suam Symboli explanationem Damaso Pontifici cognoscendam misit. Vitalis Antiochenus episcopus cum Apollinarii impietatem disseminare vulgaretur, eoque nomine apud Damasum male audiret, ad eundem Fidei formulam tunc primum a se scriptam destinavit. Cyrus Alexandrinus episcopus duas voluntates, et duas operationes in Christo negavit. Eam rem cum Sophronius Monachus postea Patriarcha Hierosolymita-

(1) *Selvaggius antiquit. Christian. instit. lib.* 1. *c.* 16. § 7. *Politi jur. Eccl. univ. t.* 1. *p.* 222. *Auctor oper. cui tit. Italus ad Febronium t.* 1. *p.* 200.

(2) *Auctor oper. cui tit. Italus ad Febronium epist.* 12. *resp.* 2. *t.* 1. *p.* 201.

(3) *Abrahamus Bzovius cap.* 17. *vid. bibliot. Maxim. Pontif. de Roccaberti t.* 1.

nus intellexisset ad Honorium Pontificem Romanum negotium detulit. Aldebertus Gallus, et Clemens Scotus haeretici hypocritae novas haereses veteribus adjungentes per speciem pietatis multos seducebant; canones sacros et ss. Patrum Hieronymi, Augustini, Gregorii, aliorumque expositiones irridebant, Synodalia jura spernebant, Judaismum, ac omnem vivendi licentiam introducebant, et Christum omnes tam credulos, quam incredulos, et idolorum cultores ab inferis eduxisse affirmabant etc. Horum fanaticas novationes s. Bonif. German. apost. Zachariae Pontif. renunciavit. Durand. Leodiensis episc. Berengarii Archidiaconi Andegavensis novationes ad Sed. apost. retulit. Cum Michael Cerularius Patriarcha Constantinop. et Leo. Acridan. Bulgarorum episc. novam haeresim de azimo, et sabbatis quadragesimae et de suffocatis excitarent, Humbert. Sylvae Candidae episc. omnia ad Leonem detulit. Scivit istud in summo Pontifice auctoritatis B. Petrus Damiani; quamobrem haeresi Simoniaca a propagatione Petri Papiensis Florentinorum episcopi succrescente, clero, et civibus Florentinis persuasit, rem universam Alexandro secundo deferrent. Istud ipsum auctoritatis, Germaniae, et Saxoniae episcopi in Romano Pontifice eminere non ignorarunt; itaque Nicolaitarum, et Simoniacorum haeresis germina recens in Germaniam introducta, sub apostolicae Sedis judicium Gregorio VII. obtulerunt. Scivit et s. Anselmus Cantuariensis archiepiscopus, non alio quam ad Sedem apostolicam res fidei deferendas esse. Itaque cum de Incarnatione Verbi librum conscripsisset, Urbano Pontifici Romano censendum detulit. Scivit et s. Bernardus Abbas Claraevallensis, istud a saeculis observatum. Itaque cum Petrus Abailardus, et Arnaldus de Brixia, novum cuderent populis et gentibus Evangelium, novamque fidem proponerent, ac de virtu-

tibus, et vitiis non moraliter, de Sacramentis Ecclesiae non fideliter, de arcano Sanctae Trinitatis non simpliciter, nec sobrie disputarent etc. ad Innocentii tribunal provocavit (1). « Oportet ait ad vestrum referri apostolatum pericula quaeque, et scandala emergentia in regno Dei. »

In prima Carthaginensi Synodo (2), cui praeter Reparatum, Florentinianum, et Datianum 217 aderant episcopi, cum dubitatio mota esset de Arianis ad catholicam fidem redeuntibus, utrumne in suis honoribus, an in laica tantum communione essent suscipiendi, unanimiter omnibus placuit sciscitari ante omnia Pontificis beatissimi sententiam (3).

Innumera sunt relationum exempla, inquit Bernardus Pozzolus, sub Justino, et Justiniano, et in causa Anthimi Orientales, ubi dixerant Agapetum veluti Petrum a Deo missum ad Simonem extirpandum, subdunt. « Et Romam ad vos misimus: » in causa Monachornm Scytharum, et ipsi et Justinianus misere, ut enarrat Liberatus. Unica Chrysostomi causa innumeras includit relationes ut refert in Dialogo Palladius.

Quanta retulit Hieronymus, de voce hypostasis, de Orientalium Praesulum communione, de Rufino, et Origene, de Joanne Hierosolymae Patriarcha, et aliis Jus Divinum congeminans! Quanta retulit Basilius de Paulino, Meletio, Eustathio, Concilio Ariminensi, auctoritate Papae tollendo, de Marcello, voce hypostasis, de litibus Caesareae et aliis! Quanta retulit secunda Synodus; et fidem, et canones, et Patriarchas, et haereticos iterum damnandos, et omnia demum firmanda et orat Damasum

(3) *Abrahamus Bzovius cit. loc.*

(2) *Apud Lab. tom. 5. edit. Ven. col.* 900.

(3) *Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure etc. part.* 2. *tom. XI. edit. Rom. p.* 277.

Pontificem, iis omnibus *ut congratuletur!* Quot referenda docet Ambrosius, causam Evagrii, et Flaviani, causam Maximi Cynici, causam Gregorii, et Nectarii, causam Joviniani, et aliorum! Quot docet Sardicense Concilium ubi docet epistolis integris, et variis canonibus decidit Romam causas referendas ob memoriam Petri honorandam!

Unam silere non possum magni Athanasii causam: « Cum » (ut loquitur Sardicense Concilium) jampridem literas » suas accusatrices de Athanasio, Marcello, Asclepa, Eu» sebiani ad Julium Romanae Ecclesiae misissent, con» tigit etiam aliis, atque aliis locis Episcopos, litteras suas » mittere, quibus et Athanasii innocentiam, et Eusebia» norum sicophantiam contestabantur. » Ubi vides Athanasii causam a catholicis et Haereticis referri (1).

Possibile ne fuit, inquit auctor operis cui titulus Italus ad Febronium, possibile ne fuit quod et Laici, et Presbyteri, et episcopi et Synodi, et Catholici et Haeretici ex Asia, Africa, et ab universa Europa relationes Romam transmitterent eorum omnium, quae in propriis Ecclesiis contingebant, ut inde oraculum deflueret, si primatus Pontificius illius non erat naturae ut ei hujusmodi relationes non competerent (2)?

(1) *Bernardus Pozzolus de jurisdictione Papae in Eccles. lib.* 3. *part.* 3. *cap.* 5.

(2) *Auctor oper. cui tit. Italus ad Febronium epist.* 12. *resp.* 2. *t.* 1.

ARTICULUS III.

Cum in antiquis Conciliis provincialibus suborti errores damnabantur, eorundem acta per epistolam Synodalem ad R. Pontificem fuisse transmissa ostenditur.

Cnm in provincialibus Conciliis, quae antiquioribus Ecclesiae saeculis cogebantur, inquit Benedictus XIV. recens subortae haereses interdum damnarentur, et gliscentes per provinciam errores solicita cura praefocarentur, inde factum est, ut eorumdem acta per Synodalem epistolam ad Romanum trasmitterentur Pontificem, ut accedente primae Sedis, et Jesu Christi in terris vicarii approbatione, qnod in illis particularibus episcoporum caetibus fuerat deliberatum, tanquam fidei dogma ab omnibus reciperetur Orthodoxis, unaque esset ubique omnium fides. Hujus disciplinae testimonium perhibent Patres Concilii Carthaginensis et Milevitani ejusdem anni 416 qui post proscriptos Pelagii, et Caelestii errores, quod a se gestum fuerat Innocentio I. totius Ecclesiae principatum tenenti significarunt, rogantes ut apostolicae suae auctoritatis fulcimentum, et robur Conciliaribus statutis adjiceret... Innocentius vero litteris ad eosdem datis, eos hoc nomine plurimum commendat, quod scilicet exquirentes primae Sedis oraculum, eorumque quae a se gesta fuerant, confirmationem ab eadem petentes, sanctissimis Ecclesiae legibus obtemperaverint, et prisca calcaverint instituta Patrum, qui non humana, ait ad episcopos Carthagine congregatos, » sed Divina decrevere sententia, ut quidquid quamvis de disjunctis remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus Sedis notitiam perveniret: ut tota hujus auctoritate, justa quae fuerit, pronuntiatio firmaretur, indeque sumerent caeterae Ecclesiae (velut de natali suo fonte

aquae cunctae procederent, et per diversas totius mundi regiones puri latices capitis incorrupti manarent) quid praecipere, quos abluere, quos veluti caeno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda vitaret. » Et ad Patres Milevitanos: « Diligenter et congrue apostolici con» » sulitis honoris, arcana (inquam, illius, quem praeter » illa, quae sunt extrinsecus, solicitudo manet omnium » Ecclesiarum) super anxiis rebus, quae sit tenenda sen- » tentia: antiquae scilicet regulae formam secuti, quam » toto semper orbe, mecum nostis esse servatam. Prae- » sertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes » fratres, et Coepiscopos nostros nonnisi ad Petrum, idest » sui nominis, et honoris auctorem, referre debere, velut » nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum » possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse » (1).

ARTICULUS IV.

Causarum majorum ad Romanam Sedem relatio novitas non est ab Isidoro Mercatore invecta.

Toto caelo aberrare videntur qui contendunt causarum majorum ad Romanam Sedem relationem novitatem esse ab Isidoro Mercatore invectam. Hac de re audire praestat clarissimum Joannem Marchetti ita loquentem: « Tutti i » discorsi del Mondo, inquit Marchetti non empiranno » giammai il vuoto vano delle arguzie Fleuriane, che il » carico degli affari stranieri, la riserva della definitiva » nelle cause de' vescovi etc. sieno novità da Isidoro in- » trodotte. Non mai. Per tutta l'eternità sarà vero, che s. » Innocenzo ha stabiliti come già antichi questi senti-

(1) *Benedictus 14. de Synod. Diaeces. lib. 13. cap. 3. n. 1. vid. Petrum Coustant epist. roman. Pontif. tom. 1. col. 889.*

» menti, e per tutta l'eternità sarà vero, che s. Innocenzo » I. è vissuto presso a cinque secoli prima del Mercato- » re » (1).

Neque dissentit clarissimus Bianchi ita scribens: « An- » tichissimo era il costume non istabilito da alcun » canone, ma prescritto dalla tradizione, e ricercato » dal primato della Romana Sede, di consultarla nelle » cose dubbie, e di attendere il giudizio di essa, e » di ricever dalle di lei risposte la certa, e la definitiva » deliberazione. Del quale antichissimo costume fa te- » stimonianza ancora s. Cirillo Alessandrino nella rela- » zione mandata da lui a s. Celestino Romano Pontefice » sopra i tumulti eccitati in Oriente da Nestorio » (2).

ARTICULUS V.

Quamvis in causis gravioribus ad alios episcopos ex libera voluntate quandoque relatum fuerit, nihilominus necessitas et debitum semper agnitum ut ad romanam referretur Sedem.

Nonnulla quidem exempla litterarum supersunt, inquit Petrus Ballerinius, quibus ab aliis Ecclesiis consilium petitum fuit, ut Lugdunensis, atque Viennensis Ecclesiae ab Ecclesiis Asiae ac Phrigiae consultae fuerunt, quid de Cataphrygis sentirent teste Eusebio (3). Consulti etiam Metropolitani ab episcopis provinciae; immo et episcopi, qui insigniores fama erant ab aliis extra provinciam quandoque consulti leguntur. At illi, tametsi fama celebres, auctoritate tamen intra suae diaeceseos fines circumscripta

(1) *Marchetti critica della storia Eccles. di Fleury art.* 2. *cap.* 2. *n.* 51. *t.* 2.

(2) *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 2. *cap.* 3. § 5. *t.* 4. *p.* 455.

(3) *Euseb. lib.* 5. *hist. c.* 2. *et* 3.

uti poterant, nec nisi rogati, quod perraro accidit, de alienis causis cognoscebant, ut ne tamen eorum responsa quemquam per se cogerent. Una apostolica Sedes ratione primatus omnibus Ecclesiis praelata, auctoritatem in omnes exerere, et ad unitatem omnes cogere poterat. Hinc si in causis gravioribus ad alios episcopos ex libera voluntate quandoque relatum fuit, ad Romanam Sedem ut referretur, necessitas, et debitum semper agnitum: unde s. Cyrillus se in culpa futurum affirmavit, si de Nestorii dogmatibus ad Caelestinum non referret, additque *se scribere plane necessitate adactum* (1).

ARTICULUS VI.

Refutatur Febronius.

Asserit Febronius (2) juxta sententiam Barthelii, ad medium saeculum XII. rariores adhuc fuisse ad Pontificem recursiones. Haec tamen Febronii opinio sic a clarissimo Zacharia refellitur: « Come più rari sino alla metà del » dodicesimo secolo i ricorsi all'apostolica Sede, quando » un Girolamo ci attesta che a' suoi tempi era Roma » consultata dall'Oriente, e dall' Occidente? Quando un » Celestino ci assicura che una delle principali sue oc- » cupazioni era rispondere a' dubbj, che da ogni parte » gli venivan mandati? Quando un s. Leone ci testifica, » che innumerabili erano le relazioni, le quali dalle sole » Gallie erano alla Romana Chiesa inviate? Inoltre pre- » tende Febronio, che la consuetudine di molti, (dovea

(1) *Petrus Ballerinius de vi ac ratione primatus rom. Pontif. cap.* 13. § 9. *n.* 49. *edit. Veron.* 1766. *pag.* 157. *vid. Coustant de antiquis canon. collectionib. part.* 1.

(2) *Cap.* 3. § 7. *n.* 5.

» dire di tutto il Cristianesimo) di consultare la Sede » Romana, e di prender da lei lume, e consiglio non des- » se a Roma perfetto gius a tai relazioni, quasicchè neces- » sario fosse di domandarle parere, e di eseguire le sue » risoluzioni, benchè dic' egli i *Romani dappoi abbian* » *questo medesimo trar voluto a necessità*. Ma questo suo » dappoi quando ebbe principio? Dopo le Isidoriane de- » cretali? Ma udimmo pure che Innocenzo I. molti secoli » avanti di questa compilazione scrisse al vescovo di » Nocera, essere istituzion de' maggiori, che al Papa quasi » al capo e all' apice del vescovato le cose si riferisser » tutte » (1).

CAPUT III.

Romani Pontificis jus recipiendi appellationes ex omnibus Ecclesiae partibus ostenditur.

Est ejusmodi appellationum jus ut loquitur Benedictus XIV., adeo necessario connexum cum Romani Pontificis in universam Ecclesiam jurisdictionis primatu, ut nemo possit illud in controversiam adducere nisi et hunc velit perfracte inficiari: etenim cum primatus praerogativa, Romanus Pontifex sit supremus in Ecclesia Judex, cuique datur, per appellationem ipsius implorare tuitionem; ab inferioris quippe sententia superioris tribunal adire, omnibus concessum esse ipsa naturalis aequitas dictat, et persuadet. Quocirca Stephanus Tornacensis (2), in hoc appellationis communi refugio, ait consistere dignitatem Ecclesiae Romanae (3).

(1) *Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 1. cap. 1. n. 7.*
(2) *Stephanus Tornacensis epist. 162. tom. 25. bibliot. Patr.*
(3) *Benedictus XIV. de Synod. Diaeces. lib. 4 cap. 5. n. 1. vid. Au-*

Hinc s. Leo Magnus in epistola ad episcopos provinciae Viennensis haec habet: « Nobiscum vestra fraternitas re» cognoscat apostolicam Sedem a vestrae etiam provin» ciae Sacerdotibus innumeris relationibus esse consul» tam, et per diversarum, quemadmodum vetus consue» tudo poscebat, appellationem causarum aut retractata, » aut confirmata esse judicia. « Idipsum quoque a Gelasio » Papa declaratum fuit : » Cuncta per mundum novit » Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pon» tificum, Sedes Beati Petri apostoli jus habeat resolven» di, utpote quod de omni Ecclesia fas habeat judicandi » siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones » appellari voluerint » (1).

ARTICULUS I.

Plurimis appellationum exemplis praedictum Romani Pontificis jus luculentissime confirmatur.

§. I. *Marcionis, Fortunati, Felicissimi, Basilidis Asturicensis episcopi, et Martialis Emeritensis aliorumque appellationes.*

Ex universo christiano orbe, inquit Laurentius Selvaggius, ad Sedem Romanam confugere, qui se gravatos in provinciis putabant. Saeculo II. Marcion ab episcopo suo excommunicatus Romam contendit ut absolutionem acciperet (2). Quod factum sic describit clarissimus Zacharia:

ctorem oper. cui tit. Italus ad Febronium epist. 12. *resp.* 1. *t.* 1. *et Auctorem oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas tom.* 2. *not. ad* § 6. *cap.* 5. *vid. Devoti instit. canonic. lib.* 3. *tit.* 15. *de appellation. vid. Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *et Anti-Febron. vindicat. part.* 3. *dissert.* 8. *cap.* 5.

(1) *Gelasius Papa epist.* 7. *ad episcopos Dardaniae.*

(2) *Epiphan. haeres.* 42. *Laurent. Selvaggius antiq. Christ. instit. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 16. § 6.

« Era costui stato dapprima Monaco, avea cioè professata la cenobitica vita, quinci non solo come credibil » sembrò al dotto Petavio (1), passò al chiericato, ma » ancora dal Padre, che vescovo era di Sinope, alla sa- » cerdotal dignità fu promosso (2). Ma dal grado suo » degenerando sedusse l'infelice una donzella e la violò. » Il Padre di Marcione a tanto eccesso s'inorridì, e messe » da parte, e vinte le insinuazioni del sangue cacciò dalla » Chiesa l'indegno figliuolo. Lo scomunicato Marcione » conobbe il suo fallo, e presso del suo vescovo e Padre » si adoperò lungamente con premurosissime istanze, » perchè alla penitenza fosse primieramente ricevuto, e » poi riconciliato alla Chiesa. Ma tutto fu indarno . . . . » Tanta renitenza del Padre sembrò a Marcione ragione- » vol motivo di appellarsi al Romano Pontefice. Non so- » no i soli Eretici Ittigio (3) e Walchio, (4), i quali ne- » ghino aver Marcione appellato a Roma; neganlo ancora » Launojo (5) de Marca (6) e Dupino (7), anzi pure Na- » tale Alessandro (8). Ma da dottissimi uomini quai sono » Cristiano Lupo (9) Roncaglia, (10) Mansi (11) e Tra- » vasa è stato in sì buona luce posto il fatto, che il Bel- » larmino non ha a temere i dileggi onde il citato Na-

(1) *Animadv. in Epiph. h.* 42.
(2) *Lupus de appellat. t.* 8. *oper. pag.* 72.
(3) *Dissert. de haeresiarch. sect.* 2. *cap.* 7. §. 4.
(4) *Hist. Eccles. t.* 1.
(5) *Epist.* 8.
(6) *De Conc. l.* 7. *c.* 3.
(7) *De antiq. discipl. diss.* 2.
(8) *In sec.* 2. *diss.* 2. *art.* 3.
(9) *De appellat. diss. c.* 18.
(10) *Animadvers. in cit. Natalis diss.*
(11) *Nota in eamdem Natalis diss.*

» tale beffolko, perchè ad esempio delle Romane appel-
» lazioni avessel portato » (1).

Laudatus Zacharia Felicissimi etiam et Fortunati appellationem affert per haec verba: « Certo Felicissimo e » quattro altri Preti alla elezione di s. Cipriano eransi » opposti; indi unitisi a poc'altri elessero un altro vescovo, che diceasi Fortunato. S. Cipriano raunato il Sinodo gli scomunicò, ed eglino si fuggirono a Roma, » perchè Papa Cornelio giudicasse la loro causa... Fortunato stesso a Roma appellò perchè vescovo si riputava » (2). Basilides Asturicensis episcopus et Martialis Emeritensis de gradu a suis Synodis dejecti, Romam ad Stephanum Romanum Pontificem, ut refert Gerdil, se contulerant (3).

§. II. *Eustathii Sebasteni episcopi, Eutichetis, Caelestii, et Flaviani Patriarchae Constantinopolitani appellationes.*

Si Ecclesiasticas tantisper evolvamus historias cernimus exemplum Eustathii Sebasteni episcopi, qui teste Natali Alexandro, cum in Concilio Melitinensi Arianorum fuisset depositus Romanum Pontificem appellavit. Habemus exemplum Eutychetis, quem appellasse ad apostolicam Sedem a sententia quam in Constantinopolitana Synodo tulerat in ipsum Flavianus constat ex epistola 8 s. Leonis ad eundem Flavianum data. Praesto est exemplum Flaviani

(1) *De rom. Pont. lib.* 2. *cap.* 21. *Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 2. *Marchetti critica della storia di Fleury t.* 1. *art.* 1. § 5. *n.* 22.

(2) *Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. *vid. Marchetti loc. cit. vid. Laurent. Selvaggium antiq. Christ. instit. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 16. § 6.

(3) *Gerdil ad Hierarch. Eccl. Const. opusc.* 4. *tom. XI. edit. rom. pag.* 147. *vid. Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 5.

Patriarchae Constantinopolitani, qui appellavit ad s. Leonem de sententia in se lata ab episcopis Latrocinii Ephesini (1). Praesto est appellatio Caelestii in Synodo Carthaginensi anno 412 damnati, ad Innocentium I. (2).

§. III. *Appellatio Chelidonii.*

Cernimus s. Leonem qui appellationem Chelidonii suscipit, atque judicat. Chelidonius provinciae Viennensis episcopus, inquit Natalis Alexander, in Synodo, cui praeerat s. Hilarius Arelatensis, accusatus est, quod ante episcopatum viduae maritus erat, quodque olim, dum saeculari administratione fungeretur, sedens pro tribunali, reum morti addixerat, et nihilominus ordinatus fuisset episcopus. Visum id contra leges Ecclesiae, eoque nomine loco motus est, privatusque episcopatu. Chelidonius Romam appellavit, testesque secum eo deduxit, qui crimen aut verum, aut confictum a se depellerent (3).

§. IV. *Athanasii appellatio.*

Habemus etiam Athanasii ad Julium I. appellationem, de quo luculentum hoc testimonium reliquit Caelestinus I. epistola ad clerum et populum Constantinopolitanum:

(1) *S. Leo epist.* 25. *ad Theodosium imperat. data.*

(2) *Marius Mercator in commonitorio, Paulinus Diaconus in libello ad Zosimum Papam, Zosimus ipse epist.* 3. *ad africanos. Natalis Alexander hist. Eccl. sec.* 4. *dissert.* 28. *prop.* 3. *card. Gotti la vera Chiesa di Cristo t.* 2. *part.* 1. *art.* 2. § 8. *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 3. *cap.* 5. § 12. *et* 15.

(3) *Natalis Alexander hist. Eccl. sec.* 4. *dissert.* 28. *prop.* 3. *Rupprecht notae historicae in univers. jus canonic. lib.* 2. *tit. unic. de Judiciis. vid. card. Gotti la vera Chiesa di Cristo t.* 2. *part.* 1. *art.* 2. § 8.

« Fugatus illinc, in nostris partibus recreatus est. Deni- » que hic ei redintegratus est status, et in hac Sede re- » quiem communionis invenit: « Et Hieronymus ad Principiam » Athanasius, et postea Petrus persecutionem » Arianae haereseos declinantes, quasi ad tutissimum » communionis suae portum Romam confugerunt » (1).

Qui negant Athanasii ad Julium Romanum Pontificem appellationem, ajunt (ut refert Berti), Athanasium non ad Romanum Pontificem provocasse, ut latum adversus se Eusebianorum judicium expenderet, sed confugisse ad Imperatorem Constantinum, ut quae contra formam judiciorum ab adversariis patrata fuerant, rescinderet: eo anno quo Romam fugit, jam ab exilio revocatum a Constantino juniore Constantii fratris assensu, nimirum anno 338, querimonias autem contra Athanasium ad Julium serius fuisse delatas, nec ante annum 339, ideoque non a judicio episcoporum, qui ipsum abdicaverant, ad Pontificem appellasse; accessisse Romam vocatum litteris Julii, quem et Eusebiani interpellaverant et consequenter Julium non vi appellationis, sed partium delegatione, causam illam agnovisse.

Verum haec, si accurate tempora distinguantur, nullam, ut animadvertit doctissimus Berti, praeseferunt difficultatem. Non primum, quoniam Athanasius confugit ad Imperatorem Constantinum, dum in Synodo Tyria an. 336 variis criminibus, etiam contra Imperatorias leges patratis, accusaretur, ac tum Constantini Magni edicto

(1) *Vid. Gerdil ad Hierarch. Eccl. Const. opusc.* 4. *t. XI. edit. rom. pag.* 149. *Anton. Gardini episc. Cremens. t.* 1. *cap.* 6. *de rom. Pontif. Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 8. *Bellarmin. de rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 21. *Selvaggius antiq. Christ. inst. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 16. § 6. *Barruel du Pape deuxième partie chap.* 3. *Socrates lib.* 2. *cap.* 15. *Sozomenus lib.* 3. *cap* 8.

relegatus est Trevirim, et deinceps an. 338 Constantini junioris litteris revocatus est ab exilio; appellavit autem ad Pontificem a judicio episcoporum qui in Pseudosynodo Antiochena anno 341 illum exauctorarunt, eique substituerunt Gregorium Cappadocem. Non secundum, quoniam litteris Julii, apud quem ipsum adversarii accusaverant, obtemperaverat Athanasius per legatos suos, per quos etiam transmiserat acta Synodi Alexandrinae anni 339, Julius vero distulit aliquandiu causam illam expendere, quia expectabat reditum Elpidii et Philoxeni, quos legatos miserat ad episcopos Eusebianos (1).

§. V. *Joannis Chrisostomi, et Theodoreti appellationes.*

Quid autem de Chrisostomi et Theodoreti appellationibus dicam? S. Joannes Chrisostomus ad Innocentium Papam: « Obsecro inquit ut scribatis, quod haec tam » inique facta, et absentibus nobis, et non declinantibus » judicium non habeant robur, sicut neque natura sua » habent: Illi autem qui inique egerunt, poenae Eccle- » siasticarum legum subjaceant. Nobis vero qui nec con- » victi, nec redarguti, nec habiti ut rei, litteris vestris, » et charitate vestra, aliorumque omnium, quorum sci- » licet et antea societate fruebamur, frui concedite. » Eam itaque, inquit Gerdil, in Romano Pontifice auctoritatem Chrysostomus agnoscebat, qua irrita decerneret, quae perperam contra ipsum gesta fuerant, poenas canonicas ab his reposceret qui deliquerant, eique concederet, ut pristina qua antea fruebatur communione, deinceps frueretur (2).

(1) *Berti dissert. hist. vol.* 3. *dissert.* 3. *cap.* 6. *n.* 6. 7.

(2) *Gerdil t. XI. edit. Rom. p.* 148. *et seq. Laurent. Selvaggius antiq. Christ. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 16 § 6. *card. Gotti la vera Chiesa di*

» Ma il ricorrere al Romano Pontefice, inquit clarissi-
» mus Bianchi, acciocchè denunci esser di nessun vigore
» un giudizio fatto benchè ingiustamente da un Sinodo,
» dichiari soggiacere alle pene imposte da' canoni i giu-
» dici iniqui, conceda al deposto la comunione, la carità,
» e la pace in quella guisa, che le godea prima della de-
» posizione, ch'altro mai è, se non è appellazione » (1)?

Cyri episcopus Theodoretus ad Leonem Magnum appellavit. En ejus verba: » At ego apostolicae vestrae Sedis
» expecto sententiam, et oro, obtestorque Sanctitatem
» Tuam, ut mihi rectum, ac justum tribunal invocanti
» opem ferat... Ante omnia ut a vobis docear oro, an
» me oporteat in hac injusta depositione acquiescere, an
» non: vestram enim sententiam expecto: quod si in ju-
» dicatis manere me jusseritis, manebo » (2).

§. VI. *Appellatio Privati Lambesitani.*

Occurrit privatus Lambesitanus, qui a nonaginta Praesulibus in Lambesitana Synodo coactis, omnibus Numidis damnatus, provocavit ad Carthaginensem Donatum, a quo iterum damnatus, provocavit ad Papam Fabianum(3). « Il ricorso fatto a Roma da Privato Lambesitano (inquit Marchetti), che prima condannato dal proprio Sinodo, e

Cristo t. 2. *part.* 1. *art.* 2. § 8. *vid. Abrahamum Bzovium cap.* 38. *vid. biblioth. Maxim. Pontif. De Roccaberti t.* 1. *Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 3.

(1) *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 3. *cap.* 5. § 7. *n.* 3. *tom.* 5. *part.* 2.

(2) *Epist.* 52. *edit. Baller. vid. Gerdil t. XI. edit. Rom. pag.* 149. *card. Gotti la vera Chiesa di Cristo t.* 2. *part.* 1. *art.* 2. § 8. *Natalis Alexander hist. Eccl. saec.* 4. *dissert.* 28. *prop.* 3. *Selvaggius antiq. Christ. inst. cit. loc.*

(3) *Pozzolus de appellat. ad Rom. Pontif. lib.* 3. *part.* 4. *cap.* 1.

quindi dal Primate Cartaginese, provocò al Pontefice s. Fabiano, egli è un fatto certamente importante. È vero, che il Pontefice confermò la condanna di questo Eretico, ma come ben avverte Francesco Hallier (1), Ad quid Romani Pontificis judicio iterum damnarentur, qui ab Africanis damnati essent, nisi ejus sententia potuissent absolvi (2)?

§. VII. *Petri Alexandrini episcopi, Sagittarii, Salonii, et Claudii Abbatis appellationes.*

Sed et alia quamplurima habemus appellationum ad Rom. Pontificem exempla: Clarissimus Zacharia de Petri Alexandrini episcopi appellatione disserens haec habet: « Era all' immortal vita passato il gran difensore della fede Nicena, che fu s. Atanasio. Come ad Antiochia ne pervenne la nuova, Euzojo vescovo Ariano di quella città, e Magno Questore passaron tosto ad Alessandria, e preso Piero, al quale avea s. Atanasio nel suo morire quella Chiesa raccomandata, chiuserlo in carcere. Riuscì a Piero di fuggire dalla prigione, e avuta pronta navigazione tragittò in Italia a cercare da Damaso Papa ajuto e sostegno contro l'ereticale empietà, che avealo da quella Cattedra discacciato, e in suo luogo postoci un certo Lucio. L' accolse Damaso, e poi rimandollo con lettere, dice Socrate (3), le quali l' ordinazione di lui confermavano. Non rimise il Pontefice al Sinodo di Alessandria il giudizio della causa tra Lucio, e Piero, ma egli in Roma ne sen-

(1) *Lib. 4. de Hierarch. Eccl. cap. 2.*

(2) *Marchetti critica della storia Eccl. del Fleury t. 2. art. 2. cap. 2. n. 33. vid. Coustant t. 1. ep. R. P. col. 223. Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 3. cap. 2. n. 3.*

(3) *Lib. 5. cap. 30. vid. Sozomen. lib. 6. c. 39.*

tenziò, e di tanta autorità fu il giudizio di Damaso presso il clero, e il popolo di Alessandria, che scacciaron tosto l'intruso Lucio, e a Piero restituiron la Sede » (1).

Laudatus Zacharia Sagittarii quoque, Salonii, et Claudii Abbatis affert appellationes per haec verba: « I vescovi Sagittario e Salonio furono in un Concilio di Lione deposti, come rei di gravissimi eccessi. Eglino andarono a Roma, e appellarono a Giovanni III. il quale comandò che fossero alle loro Sedi restituiti (2).

Claudio Abate si credette ingiustamente gravato da Giovanni arcivescovo di Ravenna, e però al Papa era appellando ricorso: Gregorio scrisse a Mariniano successor di Giovanni, che mandasse a Roma suoi agenti per trattare la causa. Alcuni del clero e popolo Ravegnano per la dignità degli Esarchi, i quali in quella città aveano la loro Sede, invaniti si opposero pretendendo appunto come Quesnello, Du Pino, e Febbronio, che contro le leggi e i canoni fosse, che la causa in altro luogo si esaminasse, fuorchè a Ravenna, dove con altri vescovi dal Papa aggiunti, esser dovesse da Mariniano discussa. Il Papa con molta fermezza rifiutò queste vanissime pretensioni (3).

(1) *Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 1.

(2) *Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 4. *vid. card. Gotti la vera Chiesa di Cristo t.* 2. *part.* 1. *art.* 2. § 8. *Natal. Alexand. hist. Eccl. sec.* 4. *dissert.* 28. *pop.* 3. *Rupprecht lib.* 2. *tit. unic. de judiciis n.* 58.

(3) *Zaccharia Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6.

ARTICULUS II.

Solvitur Febronii objectum.

« Primis Ecclesiae temporibus inquit Febronius, quemadmodum universim appellationes aeque ac caeterae » ambages fere ignorabantur in Ecclesiae tribunalibus; » ita legalis quidem ad supremam primatis Sedem appellationis nullum tribus primis Ecclesiae saeculis extare » monumentum observant Eruditi. »

Sed quaeri potest ex Febronio, inquit doctissimus Gerdil, quid legalis appellationis nomine Eruditi illi viri significare velint. Si hanc solam legalem appellationem dicunt, quae omnes formas consequentibus temporibus jure positivo adjectas complectatur, ludere in verbo velle illi videntur. Notum est, succedentibus aetatibus novas identidem formas, et cautiones principum Constitutionibus praescriptas esse, quibus praetermissis legitima, seu legalis censeri prohiberetur sive venditio, sive donatio, sive testamentum, aut alia quaevis inter homines contrahendi, agendive ratio. Num propterea minus legales, aut legitimi censendi actus omnes ejusmodi, qui formulis illis postmodum invectis caruerint? Si autem legitimus, ac legalis censeri merito debet actus, cui nil desit eorum, quae ad substantiam pertinent, quae et naturale jus, et positae illo tempore leges requirunt, nemo negaverit, legitimas, et legales fuisse appellationes, quae primis Ecclesiae saeculis interpositae fuerunt; quae etsi carerent formis, quas ad praecavendas fraudes posterior disciplina invexit, omnia tamen complectebantur, quae ad aequitatis normam pro eorum temporum disciplina, et conditione requirebantur (1).

(1) *Gerdil animadversion. in comment. n Febron. in suam retract. edit. animadvers in posit.* 29. *t.* 13. *edit. Rom. p.* 317.

ARTICULUS III.

Respondetur Febronio Romanarum appellationum frequentiam ambitioso juri novarum decretalium tribuenti.

Febronius ut Romanarum appellationum auctoritatem infringat querimonias iterat de earum frequentia, quam ambitioso juri novarum Decretalium tribuit. At audiamus clariss. Zalwein: « Quo jure Pontifices ambitionis et excessivi dominatus argui possunt? Num enim ipsi causas violenter a judiciis inferioribus avulserunt, illas ad se traxerunt, litigantes ad sua tribunalia invitarunt, jurisdictionem inferiorum judicum studiose turbarunt? Ubinam similia leguntur? Id unicum legimus quod provocantibus et appellantibus audientiam praebuerint, lites quasdam, postquam jam ad ipsos fuit provocatum, causa cognita ad se avocaverint, et sententiam dixerint. Anne tantum, tamque ingens crimen est aliorum gravaminibus mederi, justitiam laesam integrare, laesis subvenire, jus ex aequo et justo causis dicere? Profecto in his ego nihil reperio, nihil deprehendo, quod aut dominatum, aut ambitionem saperet. Sed undenam tanta appellationum frequentia? Dicam quod res est. Illa reverentia inprimis, qua fideles ferebantur in Pontificem tanquam supremum Ecclesiae caput, illa singularis fiducia, quam animo suo intime impressam habebant, spe certa freti, quod a suprema Sede justitiam sint impetraturi, ipsos invitavit ut ad tribunal Pontificis tanquam ad aram justitiae confugerent, suasque causas supremo illius judicio submitterent » (1).

(1) *Apud Zacharia Antifebron. vindicat. part.* 3. *diss.* 8. *cap.* 5.

ARTICULUS IV.

Respondetur Claudio Fleury asserenti ab Isidori Mercatoris collectione, appellationes ad Papam in infinitum extensas fuisse.

Neque verum est Isidorum Mercatorem appellationes ad Papam in infinitum extendisse: qua de re audiatur doctissimus Marchetti ita scribens: « Dappoichè eruditi e dotti uomini, ma per avventura da alcuna opinione preoccupati, recentemente sonosi posti a trattar la materia delle appellazioni romane, si è andato studiosamente cercando e fiutando in tutta l'antichità alcun testimonio o singolare od oscuro di alcuno scrittore che a queste appellazioni paresse contrario, e con esso alla mano si è preteso stravolgere l'idee più chiare su questo punto . . . . . Il nostro storico (idest Fleury) trova moltissimo di che richiamare al sindacato la collezione del Mercatore su tale articolo. Sentiamone i lagrimevoli omei. » Una delle più grandi piaghe (così egli) che le false decretali abbian fatto alla disciplina ecclesiastica, si è d'avere stese le appellazioni al Papa in infinito. Sembra che il falsario avesse quest'articolo molto a cuore per la diligenza che ha usata, di spargere in tutta l'opera la massima, che non solamente ogni vescovo, ma ogni prete, e generalmente ogni persona, che si senta vessata, possa in ogni occasione appellare direttamente al Papa. Così il sig. Fleury ... Or se non è egli Isidoro, che abbia posta fuori tal massima, se veramente sussiste, che altri l'abbia fissata prima di lui; se noi la troviamo espressa negli accertati monumenti i più autorevoli dell'antichità, bisognerà lasciare in pace Isidoro, e prendersela con chi ha estese prima di lui le appellazioni in infinito. Ciò posto sentansi queste parole. Si episcopus accusatus fuerit, et judicaverint congregati episcopi regionis ipsius (eccovi un concilio pro-

vinciale che giudica un vescovo), et de gradu suo eum dejecerint, si appellaverit qui dejectus est, et confugerit ad episcopum Romanae Ecclesiae ... faciet (il vescovo di Roma) quod sapientissimo consilio suo judicaverit. » Udiam quest'altre: « Cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit, agendum sibi negotium in urbe Romae; alter episcopus in ejusdem cathedra post appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio episcopi Romani determinata. » Leggansi attentamente questi due testi; e vedasi se possono esprimersi più generalmente le massime, che ogni vescovo possa dopo il sinodal giudizio aver ricorso al Romano Pontefice. Qui niun caso distinguesi, niuna eccezione s'intromette, niuno, che vescovo sia, e condannato, dall'appellazione s'esclude ... Son questi due celebratissimi canoni, il quarto cioè ed il quinto del gran Concilio di Sardica ..... Se Isidoro ha detto che ogni vescovo appellar possa, se si è espresso generalmente non ha poi fatto altro, che copiare i sentimenti del Concilio di Sardica, e della seguente antichità .... Eppoi, concesso una volta che il Papa possa ritrattare per via d'appello il giudizio pronunziato contro di un vescovo dal suo Concilio, perchè non potrà egli ritrattare il giudicato contro un semplice prete pronunziato dal proprio vescovo? Bisogna tutto violentare il buon senso, per escludere il solo inferior clero, od il popolo dal rimedio legale delle appellazioni. Diffatti noi risappiamo dal Fleury stesso (1) che s. Gregorio il grande fin dal secolo VI. ricevè l'appellazione di Onorato arcidiacono di Sabina, deposto dal proprio vescovo; che Giovanni prete di Calcedonia (2):

(1) *Fleury liv.* 35. *hist. n.* 26.
(2) *Fleury cit. n.* 44.

condannato d'eresia da Giovanni il Digiunatore Patriarca di Costantinopoli, appellò a s. Gregorio medesimo, il quale cassò il giudicato reso da' deputati del Patriarca, e rimandò assoluto Giovanni di Calcedonia. E fino dal secondo secolo della Chiesa Marcione prete di Sinope, scomunicato dal proprio vescovo, ricorse a Roma per venire assoluto .... Nel secolo III. egli è celebre l'appello de' preti affricani Fortunato, Felicissimo ed altri quattro per nulla dire dell'età susseguente. E se tutto ciò è vero, e se è vero tanto prima d'Isidoro, a che prendersela con costui perchè ha detto che ognuno possa appellare? Perchè non accusare il Concilio di Sardica, s. Leone, s. Gelasio anzi prima di loro, e prima anche dello stesso sinodo Sardicense, il Pontefice s. Giulio I., ed innumerevoli altri Pontefici dell'antichità, che hanno certamente detto, e praticato altrettanto (1)? »

ARTICULUS V.

Jus Romanarum appellationum a Concilio Sardicensi non fuisse introductum, sed agnitum ostenditur.

Jus appellandi a judiciis synodorum provincialium, vel etiam nationalium in causis episcoporum ad Romanam Sedem, eidem non est concessum a Concilio Sardicensi, inquit Rupprecht, sed agnitum. Est enim appendix primatus s. Petro et ejus successoribus a Christo collati: nam Pontifex Romanus ratione primatus tenetur invigilare executioni canonum, eorumque observantiam urgere ac promovere, quo munere fungi non potest, nisi infractores ipsorum plectere possit (2).

(1) *Marchetti critica della storia Eccl. di Fleury t. 1. art. 1. § 5. n. 21. et seq.*

(2) *Rupprecht lib. 2. tit. unic. de judiciis n. 56. vid. Natalem Ale-*

Quare jure meritoque clarissimus Joannes Marchetti scribebat: « Se non il Concilio di Sardica, ma la divina istituzion del primato si è la radice del dritto di appello al Papa, perchè andar ripetendo *le appellazioni in virtù del Concilio di Sardica*? Cristiano Lupo, Orsi, Stefanucci ed altri ben dimostrano che ne' tempi che al Concilio di Sardica precederono, abbiam gli appelli di Marcione, di Montano, Floriano, Blasto ed altri catafrigj: di Privato, di Novato, di Fortunato, Felicissimo, ed altri quattro: di Basilide e Marziale, di Ceciliano, di s. Atanasio, s. Paolo, Asclepa, Lucio, Marcello (1). »

Laudatus Marchetti de Concilio Sardicensi disserens haec habet: « Il De-Marca (2), il Dupin, Van-Espen e Jacopo Basnage pretendono che il Concilio di Sardica introducesse con questi canoni una disciplina nuova, ed un nuovo accidentale diritto accordasse al Romano Pontefice, con permettergli di ricevere in qualche modo i ricorsi de' condannati ne' sinodi; lo che, dicon essi, non gli era prima concesso .... Quesnello e Giustino Febronio hanno con tutto il vigore rimessa in campo questa sentenza della novità indotta a Sardica . . . L'Achille del loro sistema lo deducono gli avversarj dalla formola tenuta da Osio nel primo canone, ove proponesi di onorare la memoria di s. Pietro etc. » Novum quid, dice il Febronio, et insuetum hic introduci... satis apparet ex verbis Osii proponentis. Si vestrae, inquit, dilectioni placet, Petri memoriam honoremus etc.

Risposero già a tale obbiezione Cristiano Lupo, ed il

xandr. dissert. 28. *ad saec.* 4. *Zacharia Antifebron. vindicat. part.* 3. *dissert.* 8. *cap.* 5. *n.* 15.

(1) *Marchetti critica della storia Eccl. di Fleury t.* 1. *art.* 1. § 5. *n.* 23.

(2) *De concord. Sac. et Imp. l.* 6. *c.* 15. *et l.* 7. *c.* 3.

Sorbonico P. Natale Alessandro, e sostennero che l'indicata formola, *Petri memoriam honoremus*, non induce necessariamente l'idea di un privilegio recente; giacchè anche riconoscendo, approvando, e confermando alcun vecchio diritto luminoso de' Papi, sempre si verifica, che viene ad onorarsi la memoria del beato apostolo Piero... Vaglia però il vero, non abbiamo alcun uopo di tal risposta, e dice benissimo il celebre sig. ab. Zaccaria, che questo argomento degli avversarj *è appoggiato su di un falso supposto, che qui si tratti delle appellazioni*. Io voglio dire anche di più (e diffatti propendo a crederlo), che l'indicata formula nella maniera, ond'è apposta in questo canone « Si vobis placet, s. Petri Apostoli memoriam honoremus » ci presenti veramente nozione della proposta di alcuna cosa di nuovo, e che nuovo per qualche modo sia veramente ciò, che qui s'accorda a' Pontefici. Ma che intendono da ciò dedurre gli autori, che ora impugniamo? Forse che nuovo adunque ed introdotto dal Concilio di Sardica sia il diritto delle appellazioni al Papa? Nulla può così stortamente conchiudersi. In questo solo canone, come bene avvertirono i Ballerini, usano i Padri la frase, *onoriamo la memoria del s. Apostolo Piero*; ed in questo veramente io reputo, che rendano al Papa qualche nuova onoranza di disciplina, ordinando che di condotta ordinaria, fosse a lui riserbata la nomina de' secondi giudici, e l'esame dell'instanza del condannato; lo che abbiamo veduto, che non andava precedentemente così. Non che io nieghi, che anche prima del Concilio di Sardica, anche vegghiante l'uso di nomina ne' metropolitani, non avesse potuto il Papa frammettersi a nominare egli stesso i giudici convicini ecc.; ma ciò sempre sarebbestato uno straordinario esercizio d'autorità, e come dicesi, *ex plenitudine potestatis*, ovecchè dal Concilio ri-

duceasi ciò a disciplina ordinaria, e toglicasi a' metropolitani ogni diritto alla convocazione del secondo Concilio che prima aveano, se il Papa non avesse avocata la causa al suo Tribunale. Ma che han che fare quivi gli appelli a Roma? Questo primo de' nostri canoni, si è dimostrato, e ognun lo vede, che di appelli al Papa, neppur rimotamente favella, e come dunque deducesi dalle parole di questo canone, che siano di nuovo conio gli appelli? Sarebbe bella, ch'io mi facessi a provar sul serio alla gente dotta, che le traslazioni vietate ne' primi canoni, le ordinazioni de' vescovi, delle quali si parla nel V. e nel VI., i gradi ecclesiastici da passarsi prima del vescovato, che prescrivonsi nel XIII., la residenza de' vescovi, la scomunica descritta nel XV. e seguenti; che tutte queste e altre cose sieno di disciplina novella, per quella ragione, che nel terzo canone si usa formula che indica novità! Oh! allora mi griderebbe il Febronio, e si riderebbe co' suoi, che si scrivano a Roma queste follie ... A Roma solo si dice che il terzo canone è un canone da sè, separato dagli altri, e distinto: che in esso solo sta la formula addotta dagli avversarj, perchè non parla punto di appellazioni, perchè neppur uno in tutta l'antichità per le appellazioni s'è servito di questo canone; che gli altri due che di esse ragionano, non hanno apice, che denoti nuovo dritto. In questi dovrebbero ritrovar gli avversarj il decantato *honoremus memoriam Petri:* ma come trovarlo giammai, se diffatto non v'è? Che anzi ho già fatto notare, che in questi due canoni, ove si ha menzione di appelli, sarebbesi dovuto disporre, che il Papa *possa* ricevergli, per aver qualche apparenza di fondamento a asserire che ne fu parlato a Sardica la prima volta; ma non vi è scritto così. L'appello vi si suppone, vi si mette

come una cosa già nota a tutti: *Si appellaverit, si proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma*; si terrà il tale, e il tale ordine (1). »

ARTICULUS VI.

Canonum Sardicensium sensus.

Sed canonum Sardicensium sensum tantisper expendere operis pretium est. Cum autem doctissimus Marchetti de sensu canonum Sardicensium egregie disseruerit, hinc ejusdem verba in medium afferre juvat: « Noi diciamo col Brissonio, il Gonzalez, e gli altri canonisti, che l'appellazione non è altro, che un ricorso al giudice superiore da un giudicato, o altro gravame di un inferiore: e come dicono, *a minore judice ad majorem provocatio.* Quando alcuno ricorre ad uno, il quale possa annullare la precedente sentenza, moderarla, o confermarla (e giusta le varie indigenze ciò faccia), noi diciamo, che appella. Sappiamo che quanto al ricorso a Roma, poteva farsi o a viva voce, o in iscritto con atto solenne, che da s. Leone si chiama *libellum appellationis*, od anche col semplice fatto ... In qualunque modo però siegua questo ricorso, variino quanto si voglia, secondo le diverse circostanze de' tempi, de' luoghi, delle persone, le legali solennità e formule, nulla c'importa. Chi ci accorda, che il Papa ad istanza in qualunque modo fattagli da un condannato, possa prender cognizione del primiero giudizio, e confermarlo, o cassarlo come sia giusto, chi ciò, dissi, ci accorda, viene a concederci ciò, che noi diciamo *dritto di ri-*

(1) *Marchetti dissert. de Concil. Sardicen. Part.* 2. § 3. *n.* 47. *vid. Politi jurisp. Eccl. univ. l.* 3. *p.* 20., *et seq.*

cever l'appello. Ognuno fino al De-Marca fu persuaso, che i canoni Sardicensi parlassero delle vere appellazioni, e ne assegnassero per giudice il Papa, il quale in Roma, e nel suo sinodo, giusta la disciplina d'allora potesse o confermare, o cassare la primiera sentenza. Così sempre l'intesero tutti i Papi, i Concilj, i ss. Padri, i dottori, i canonisti, gli scrittori tutti; e non solo i cattolici, ma perfino tra' greci scismatici, i più dotti interpreti de' canoni, come Aristeno, Matteo Blastare, ed altri che distesamente produce l'eretico Beveregio, e fra' nostri l'ab. Francesco Antonio de Simeoni (1). »

ARTICULUS VII.

Refellitur De-Marca asserens canonibus Sardicensibus tribui Papae jus tantum concedendi revisionem.

Idem Marchetti agens de sensu canonum Sardicensium, De-Marca refellit, contendentem, canones Sardicenses Rom. Pontifici jus dumtaxat concedendi revisionem tribuisse. En ejus verba: « Accintosi il De-Marca a scrivere la clamorosa opera *de concordia etc.*, volle mostrare che i canoni Sardicensi non accordavano appellazione a Roma, ma unicamente una certa formalità canonica, mediante la quale il Papa, posta l'istanza a lui diretta da un condannato in qualche sinodo, avesse facoltà di decidere solamente se la causa dovea o no ritrattarsi sulla faccia del luogo, e non mai potesse decidere in Roma circa il merito principale della causa medesima. In somma si accorda al Papa, come dice esso De-Marca, *jus tantum concedendi revisionem* .... Pochi anni dopo terminata la voluminosa

(1) *Marchetti dissert. de Concil. Sardicens. part. 2. § 4. n. 54. vid. Politi cit. loc.*

opera *de concordia etc.*, scrisse lo stesso prelato un bell'opuscolo; *de veteribus canonum collectionibus*; e quivi gli accadde dover mostrare, che anche ne' primi tempi furono in vigore presso i Romani i canoni Sardicensi. A tale intento e' produce l'argomento seguente: « Ipsa Zosimi, Bonifacii, et Caelestini tanto vetustior disputatio cum africanis episcopis pro recipiendis appellationibus episcoporum prolatis quoque ipsis verbis canonum Sardicensium, nonne aperte docet eorum apud Romanos auctoritatem? Immo vero, et apud Africanos, qui tandem *provocantibus* consenserunt, id unum deprecantes, ne facilius admitterentur, *et causae in provinciis judicarentur.* Quivi a me pare di capire, che se la quistione in Affrica fu su *le parole stesse de' canoni Sardicensi*, e tal quistione verteva *sul ricevere le appellazioni*: che adunque i canoni Sardicensi parlavano allora di *appellazioni.* Inoltre se gli stessi Affricani riconobbero finalmente l'autorità di questi canoni, e si accordarono con gli *appellanti,* ristringendosi solamente a pregare, che le appellazioni non si ammettessero con troppa facilità, e che *le cause si giudicassero nelle provincie*: dunque si parlava d'appellazioni, dunque tal giudizio sul luogo, *nelle provincie*, chiesto per grazia degli Affricani, non era un dritto prescritto da' canoni Sardicensi, su' quali gli avversarj degli Affricani medesimi s'appoggiavano per giudicare le cause in Roma. Sentiamo altre quattro parole della stessa opera di De-Marca: « Constat Gallicanorum judicia per varias appellationes a Romanis Pontificibus retractata fuisse, quod initium, aut robur habuit a Concilio Sardicensi. » Dunque ne dedurrei quivi ancora, il Concilio di Sardica introdusse, o confermò che i giudizj de' vescovi fossero per *via di appello dal Romano Pontefice ritrattati.* E di più direi che quell'*initium*, *aut robur habuit*, significa che uno non è ben

certo, che a Sardica *incominciasse* veramente tal dritto... Resti adunque comprovato e dal dritto primitivo del primato apostolico, e dal contesto letterale de' canoni, e dal senso intesovi da tutti pria del De-Marca, e dalla perpetua osservanza di tutti i secoli; che ne' Romani Pontefici fu riconosciuto a Sardica un dritto di appello, che tutto sta nel potere di confermare o ritrattare la sentenza riportata da chi a loro dirigesi, come è di fatto accaduto le innumerabili volte, scrivea s. Leone I. fino dal quinto secolo a' vescovi delle Gallie (1). »

CAPUT IV.

Romani Pontificis potestas ferendi leges.

Res Jesu Christi publica fuisset insipientissime constituta, inquit Michael Casalis, si supremi in ea Principis auctoritas in sola cohortatione, consilio, ac directione consisteret. Quid enim vero prodesset illius cura, ac vigilantia, si ejus decretis, judiciisque fideles non adstringantur? Si leges cunctae sint imbecilles, sineque vi ad coercendum idoneae? Quid enim stultius excogitari potest, quam caput societatis, cujus voluntati subditis obsequi liberum sit, quin ullus peccantes coercere possit? Ferveant igitur contentiones, sectae, aemulationes; vigeant lites et jurgia, sceleribusque ac flagitiis omnia pateant, nullus erit moderator et judex, quod gentibus ipsis foret execrabile. Sane qui ita sentiunt, cum stultum christianae reipublicae au-

(1) *Marchetti dissert. de Concil. Sardicen. part. 2. § 4. n. 54. vid. Politi cit. loc.*

ctorem faciunt, tum omnia scita, praecepta, et sanctiones evertunt. Quod si haec potestas in Ecclesia necessaria esset, eamque Romano Pontifici eripiendam censent, cui profecto dabunt? Superest, ut eam a Pontifice in Concilium transferant. Quale autem futurum erit hujusmodi Concilium? Si generale, atque ex omnibus Ecclesiae episcopis conflatum esse velint, nimis esset operosum et arduum Concilium toties celebrare, quoties de sponsalibus, de ordinibus, de episcoporum juribus, de criminibus, aut de alia qualibet re privata exorietur controversia. Nec alia de causa arbitror, inquit idem Michael Casalis, consultos ab universo christiano orbe Romanos Pontifices, suas partes in totius Ecclesiae rebus tractandis ac decernendis suo jure interposuisse, nisi quia non semper obvium fuit Concilia celebrare, quaeque coibant, infelici experimento legitime congregata, ac celebrata non esse frequentissime eveniebat. Quod si demum dicant satis esse diaeceseos, aut provinciae Concilium; quid hoc aliud est, quam vim omnem anferre capiti, inferioribusque membris tribuere? Quoniam igitur hae hypotheses omnes repugnant, illuc tandem deveniendum erit, ut necessariam illam jurisdictionis potestatem unicuique e populo concedamus, quemadmodum garriunt Calviniani: quod quam ridiculum sit, ne quid amplius dicam, nemo non videt. In contraria enim abeuntibus singulis, tot essent sententiae, quot capita; vel si universos in Concilium cogi placeat, et ad finienda ecclesiastica negotia omnium sententia fidelium requiratur, res sane esset operis infiniti. Et quamquam id fieri commodissime posset, ut certe non potest; non deceret tamen, aut cerdonum, aut mulierculárum singillatim quaerere et expectare judicium. Inanc porro esset privilegium illud hortandi fideles, ac dirigendi, parumque ad communem utilitatem accommodatum; quin noxium esset et

perniciosum valde; quippe quod perditissimis quibusque dissidiorum et scandali praeberet perpetuam causam, et in omnibus omnino flagitiis impunitatem, ac licentiam effraenatam. Jam vero si legumlatori sapienti, prudentique is injuriam facit, qui illius leges ita interpretatur, ut non solum frustra, sed in ipsius reipublicae perniciem sancitae promulgataeque videantur; quanto magis ille erit Christo iniquus, qui auctoritatem, quam vicario suo tribuit in eum sensum explicat, qui non modo vanitatem praeseferat, sed reipublicae afferat vel exitium (1)? »

Si in orbe universo, ut recte animadvertit auctor operis, cui titulus italus ad Febronium, nullus Monarcha occurrit jurisdictione et facultate legislativa carens, cur iisdem privabitur Pontifex qui mundum universum in spiritualibus regere debet (2)?

Quid quaeso est, verba sunt clarissimi Zacharia, quid quaeso est, nisi opinionum conflictus episcopis legum in suis Dioecesibus condendarum jus asserere, negare Romano Pontifici? Illi inquit Febronius successores sunt apostolorum, quibus legum ferendarum tradita potestas fuit; at nonne Romanus Pontifex Petri successor est? An autem Petrus leges sicut caeteri apostoli edere non poterat? Potuisse dices ut apostolum, non ut primatem Ecclesiae; summum vero Pontificem Petro ut apostolo tanquam Romanum episcopum, Petro ut primati tanquam universae Ecclesiae primatem succedere: posse proinde suae Romanae Ecclesiae, non posse universae leges dare. Sed haec novis, iisque maxime secum pugnantibus sunt implicata commentis. Apostolis enim promissam eam potestatem scimus, quum Christus illos his

(1) *Michael Casalis Vindiciae jur. Eccles. praeloq. pag. 37. et seq.*
(2) *Auctor oper. cui tit. italus ad Febronium epist. 23. t. 2. p.* 83.

verbis alloquebatur: *Quaecumque alligaveritis super terram etc.*; sed etiam Petro ut primati Christus dixit: *Quodcumque ligaveris super terram*; si ergo in ea promissione facta potestas quoque condendarum legum continebatur; cur non eadem in promissis Petro factis fuerit comprehensa? Meridiana luce clarius est non posse unitatem constare, nisi Romanus Pontifex suprema polleat edendarum legum facultate (1).

Quapropter merito urget decretum synodi Romanae III. sub Nicolao Papa I. « Si quis dogmata, mandata, inter-
» dicta, sanctiones, vel decreta, pro catholica fide, pro ec-
» clesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro e-
» mendatione sceleratorum, vel interdictione imminen-
» tium vel futurorum malorum, a Sedis apostolicae praeside
» salubriter promulgata contempserit, anathema sit (2). »

(1) *Zacharia Antifebron. vindicat. part.* 3. *dissert.* 6. *cap.* 1. *n.* 3. *vid. cap.* 1. *de constitut. vid. Politi Jurispr. Eccl. univ. tom.* 1. *quaest.* 7. *Pozzolum de jurisdict. Papae in Eccl. lib.* 3. *part.* 3. *cap.* 2. *Suarez disput.* 10. *de sum. Pontif. sect.* 2. *n.* 16. *Bellarmin. de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 19. *Gonzalez apparat. de origin. et progress. jur. canonic. n.* 44. *Leurenius lib.* 1. *decretal. tit.* 2. *q.* 55. *Pirhing. lib.* 1. *tit.* 2. *de constit.* § 2. *n.* 4. *card. de Luca in relation. curiae disc.* 3. *Schmier jurisprud. canonico civil. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. *sect.* 2. *Maschat lib.* 1. *decret. tit.* 2. § 2. *n.* 7. *Pichler. eod. tit.* § 3 *Zallinger lib.* 1. *decret. tit.* 2. *Gagliardus inst. canonic. lib.* 1. *tit.* 12.

(2) *Apud Labbè post epist. Nicolai ad universos episcopos cap.* 5. *tom.* 10. *vid. Antonium Gardini episcop. Cremens. t.* 1. *cap.* 6. *de Rom. Pontif.*

ARTICULUS I.

Falsum est a veteris Ecclesiae institutis alienum esse ut s. Pontifex canones omnibus Ecclesiis edicat.

Plurimum ab vero abludit, inquit Politi, illud, quod ait Photius in suo Nomo-canone: « Alienum esse a veteris » Ecclesiae institutis, ut Ecclesiis omnibus Romanus Pon- » tifex canones edicat. » Paucos tantum canones memorabo qui Photium, suosque asseclas putidissimi mendacii coarguent. S. Evaristus statuit septem Diaconos episcopis omnibus ad populum concionantibus praesto esse debere; s. Xistus I. decrevit ut nullus episcopus Romam evocatus, ad episcopatum suum rediens susciperetur, nisi apostolicae Sedis litteras formatas populo suo exhiberet. S. Victor cavit ne ullo alio, quam Dominico die mysterium Resurrectionis Domini ubivis terrarum celebraretur; s. Cornelius statuit, ut lapsi ubi essent extra mortis periculum, nonnisi peracta diuturna poenitentia reciperentur in communionem; s. Lucius edixit ut duo presbyteri, et diaconi tres episcopum quantumcumque usque comitarentur testes ejus vitae et actionum.

Extra omnem teli jactum posita sunt, quae Siricius rescripsit Himerio Tarraconensi episcopo, ubi episcopis omnibus edixit, ut eos unos in Ecclesiasticorum album referrent, in quibus sanctitas morum, pietas, religio elucesceret, quique pluribus nuptiis incontinentiae suspicionem non injecissent (1).

Siricius Papa, inquit Sangallus, legem caelibatus Ecclesiasticis praescribit auctoritatis suae plenitudine, ex

(1) *Politi jurisprud. Eccl. univers. tom. 1. quaest. 7. vid. Pozzolum de jurisdict. Papae in Eccl. lib. 3. part. 3. cap. 2. vid. Laurent. Selvaggium antiq. Christ. inst. lib. 1. part. 1. cap. 16. § 3. Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 2. cap. 1.*

quo teste Petro De-Marca colligitur argumentum pro Pontificia auctoritate efficacissimum. Pelagius II. subdiaconis Siciliae eam injungit (1).

Zosimus, quemadmodum refert Gerdil, non solum confirmat quod Sardicensis Concilii canone XIII. decretum fuerat de novitiis clericis qui jam Neophiti appellabantur, ad summum sacerdotium non statim admittendis, sed poenam quam nullam Sardicense Concilium decreverat, ipse adjecit, atque insuper ejusdem Concilii prohibitionem, quae summum tantum sacerdotium spectabat, ad presbyterii et diaconatus gradum extendit (2).

Caelestinum I. quam plurima in Ecclesiis Gallicanis decrevisse, quae ad Cleri disciplinam, ordinationesque pertinerent, memorat De-Marca.

Hilarus epistola VIII. ad episcopos diversarum provinciarum Galliae permittit Hermen, qui episcopatum civitatis Narbonensis praeter jus occupaverat, Ecclesiae Narbonensi praesidere; ordinandorum tamen episcoporum ei aufert potestatem, atque ad alium defert (3).

Leo Magnus in epistola ad episcopos Campaniae, Piceni etc. multa statuit, et prohibet multa, indeque exauctorationem minatur, siquis apostolica decreta labefactare praesumat. « Hoc admonitio nostra denuntiat, quod si » quis fratrum contra haec constituta venerit, vel venire » tentaverit, et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se » noverit officio submovendum (4). »

(1) *Sangallus, p. 1. c. 15. n. 6. vid. auctorem oper. cui tit. Italus ad Febronium t. 2. p. 83. et seq. vid. Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 2. cap. 1.*

(2) *Vid. epist. ad Patroclum Arelatensem. Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure etc. tom. XI.*

(3) *Gerdil cit. loc. tom. XI. edit. Rom. pag. 286.*

(4) *Vid. Labbè tom. 4. vid. Bellarmin. de Rom. Pontif. lib. 2. cap. 19. Zacharia Anti-Febron. part. 2. lib. 2. cap. 1.*

Hinc mirum est, inquit Politi, Bohemerum effutire non dubitasse, canones a Romano Pontifice editos vim suam ad alias Ecclesias porrexisse dumtaxat post novellam Valentiniani, qui labente saeculo V. floruit (1).

Qua de re audiendus Petrus De-Marca ita scribens: « Nolim, quod e Valentiniano protuli eo sensu accipi, ac si tum primum legis ferendae auctoritas Sedi apostolicae a Principe collata esset, cum tantum eo rescripto fota sit ac confirmata. Etenim ante hujus constitutionis promulgationem, decreta quaedam generalia edebantur a Romanis Pontificibus; quae missa per provincias disciplinae ecclesiasticae ordinem ubique sancirent (2).

Evolvant adversarii nostri, inquit Pozzolus, omnium saeculorum fastos, et inveniant vel unum Papam, eo nomine condendae legis ad universam Ecclesiam spectantis, a catholico non errante damnari. Evolvant Ecclesiae monumenta, et invenient decreta illa a catholicis canonum collectoribus, inter canones legitimos recenseri, non inter haereses collocari, velut a Dionysio Exiguo, a Ferrando Diacono, et aliis. Evolvant Patres et Historicos, et invenient epistolas integras ad fidem et disciplinam reformandam a sacris Auctoribus citari, velut Augustinus epistolam Zosimi, Xisti, et Caelestini Lyrinensis, Athanasius Julii, et alii citant.

Audiamus universas Ecclesias quanta, et quali reverentia Pontificum leges exceperint. Audiamus Hispaniam in tertio Concilio Toletano: « Permaneant in suo vigore » Conciliorum omnium constituta, et sinodicae sancto» rum Romanorum praesulum epistolae. »

Audiamus antiquam Galliam in Concilio Turonensi

(1) *Politi t. 1. q. 7.*

(2) *Petrus de Marca de C. S. et I. l. 1. c. 8. § 3. vid. Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 2. cap. 1. n. 9.*

Si episcopus in sua Dioecesi verus legifer est, et praecepta sua ei injungere potest et debet, nec ab ejusdem Dioecesis acceptatione dependet, ut illius leges vim habeant suos subditos obligandi; non video cur eadem legislatione supremus Pastor super oves universae Ecclesiae sibi a Christo commissas privari et defraudari debuerit, tum in actu primo, quum in actu secundo (1).

ARTICULUS III.

An requiratur Ecclesiae consensus et acceptatio ut Pontificiae leges vim obligandi habeant?

Dicere Pontificias leges in decretalibus, in bullis, in definitionibus pro regimine universae Ecclesiae latas, vim obligandi non habere, nisi accedente assensu et acceptatione Ecclesiae, est ordinem invertere, inquit auctor operis cui tit. Italus ad Febronium, et novam in regendo methodum introducere. Princeps nullus reperitur qui leges in subditos non ferat, nec leges vim adstringendi non habeant, nisi cum fuerint acceptatae. Sic episcopus in sua Dioecesi, praelatus in suo Monasterio, Dux in exercitu, praetor in civitate, et paterfamilias metipse domi suae; hi omnes non expectant legum acceptationem, antequam eas condant et injungant; sola igitur Romana Sedes in universo orbe regimen oppositum habebit, cum de animarum salute agitur? Traditio hactenus servata a D. Petro usque ad praesentaneam aetatem oppositum docet.

Romanus Pontifex est caput Ecclesiae universae, pastorque universi gregis Christi. Est igitur caput activum, pastor et judex activus.

(1) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist.* 30. *t.* 2. *p.* 281. *et seq.*

Audiamus nunc quales notiones habeat systema Febronii. Ecclesia fabricanda sibi caput elegit, suum ipsa stravit fundamentum, ipsa deputavit Petrum ut hoc officium sustineret. Hinc aedificium leges dat suo architecto, mandat suo capiti et suo fundamento quid gerere debeat; tale est systema Febronianum (1).

Audiatur hac de re etiam clarissimus Muzzarelli ita scribens: « Se il Papa vicario di Gesù Cristo Signor no-
» stro, e sopra la Chiesa cristiana universale come dice
» il Concilio Niceno; se il Pontefice della Chiesa univer-
» sale, che sta sopra la ferma pietra della fede, e il quale
» è il sommo pastore e il principe di tutte le Chiese se-
» condo i Concilj di Costantinopoli terzo, e quarto; se il
» Papa il quale per disposizione divina ha il principato
» di podestà ordinaria sopra tutte le altre Chiese, a cui
» tutti i vescovi debbono prestar giuramento di fedeltà,
» e di obbedienza, secondo il Concilio quarto di Latera-
» no: se il Papa il quale è il solo chiamato da Dio alla
» pienezza di podestà, mentre gli altri vescovi sono chia-
» mati soltanto a parte della sollecitudine, secondo il
» Concilio di Basilea; se il Papa, che è il Padre, e il
» dottore di tutti i cristiani, al quale da Gesù Cristo Si-
» gnor nostro è stata data nel Beato Pietro la piena po-
» destà di pascere, di reggere, e di governare la chiesa
» universale; domando, se questo capo di famiglia, se
» questo padre, e dottore di tutti i cristiani, se questo
» vicario di Cristo, che ha da lui la piena podestà di
» governare la Chiesa universale, sarà obbligato di agire
» di concerto con tutta la fraternità? Se egli dovrà chia-
» marsi un mero ministro della Chiesa, un legato della
» Chiesa, un semplice inspettore della dottrina delle

(1) *Auctor oper. cui tit. Italus ad Febronium epist.* xi. *t.* i. *p.* 179.

» Chiese particolari, un puro custode e tutore de' canoni, » un delegato esecutore dello spirito della Chiesa universale? Domando se egli avrà bisogno che le sue leggi » sieno accettate, promulgate nelle diocesi dai rispettivi » ordinarj, perchè abbiano forza e vigore presso i fedeli? » Come il sommo pastore, e il principe di tutte le Chiese » soggetto nelle sue deliberazioni all' assenso di tutte, e » di ciascuna delle Chiese particolari! Il capo di famiglia » ministro e legato della famiglia! Quegli che ha da Gesù » Cristo la piena podestà di governare, dipendente nelle » sue leggi dal comune consenso di tutto il corpo de' pa- » stori! Il solo chiamato da Dio alla pienezza della po- » destà subordinato a quelli che sono soltanto chiamati » a parte della sollecitudine sopra la Chiesa! Combini » chi vuole insieme queste idee, ma non pretenda poi di » essere ascoltato da chi cerca ragione e coerenza » (1).

Idipsum a clarissimo Zacharia evincitur qui ita scribit: « Di che accettazione si parla, quando vuolsi che da » questa ricevan le Pontificie leggi la forza di costrin- » gimento? Del popolo? O del clero? S'intende del popo- » lo? Ma questo dee ubbidire, non esaminare le leggi, e » molto men rifiutarle. Se poi si parla del clero, o s' in- » tende il clero del second' ordine, o quello del primo. Il » clero del second' ordine non ha neppur ne' Concili voto » decisivo per confermare i canoni anche di disciplina; » avrallo fuor di Concilio, sicchè sia necessaria la sua ap- » provazione per autorizzare le leggi del Vaticano? Il » clero del primo ordine, cioè i prelati della Chiesa deb- » bono promulgare le costituzioni del Papa » (2).

(1) *Muzzarelli il buon uso della logica in materia di religione tom. 4. opusc. 14. pag. 198. et seq.*

(2) *Zaccaria Anti-Febronio dissert. 2. cap. 9. n. 2.*

ARTICULUS IV.

Solvitur Febronii objectio.

De legum ferendarum potestate (verba sunt Gerdilii) sic statuit Febronius: « Potest Pontifex pro canonum » executione et observantia leges condere, quas episcopi » tum solum non tenentur recipere, si particularium Ec- » clesiarum necessitas, vel evidens utilitas contrarium » suadent. »

Duo hic notanda sunt, inquit Gerdil: primum condendae legis potestatem non aliter, nisi pro urgenda canonum observantia Pontifici concedi: alterum, episcopos Pontificiis hisce legibus latis pro canonum observantia tum solum teneri, si quidem particularium ecclesiarum non repugnet necessitas, vel evidens utilitas.

Sed 1. non minorem Pontificum decretis, quam canonum statutis vim inesse, tota sane antiquitas agnovit. « Manifestum est, inquit Coustant, piissimis Pontificibus » persuasum fuisse, episcopos omnes non minus aposto- » licae Sedis decretorum, quam Synodicorum canonum » scientia instructos esse oportere. »

2. Loquitur Febronius de legibus, quas condat Pontifex pro canonum executione, et observantia. De his autem sic statuit, tum solum episcopos non teneri eas recipere, *si particularium ecclesiarum necessitas, aut evidens utilitas contrarium suadeat.* Proinde non ipsa solum lex Pontificia, sed et canones quorum urget ea executionem et observantiam, cujuslibet singularis episcopi judicio subduntur, eique permittitur, ut de canonibus, quos vel Synodus generalis ediderit, pro sua prudentia judicet, num recipere illos, vel repudiare debeat. Repetat quaeso memoria Febronius Synodorum pene omnium canones, vi-

deatque, num in eis praesertim, qui primis saeculis prodierunt, vestigium extet ejus arbitrii quod singularibus episcopis tribuit, an non potius ipsae Synodi pro suo jure, et imperio decernant, ac praecipiant, quid ab episcopis sibi subjectis servari omnino velint poenis etiam indictis adversus eos, qui conciliare statutum, aut servare neglexerint, aut violare praesumpserint. Quis non videat si aliquando jus, fasque sit episcopis latas a Pontifice, vel Concilio leges pro suo arbitrio amplecti, aut respuere, omnem superioris auctoritatis aciem hebescere, nihilque superesse, quo fusi per orbem episcopi efficaciter in ordine et officio contineantur (1)?

Hac de re audire praestat etiam clarissimum Zacharia ita loquentem: « Tutta l'autorità del Papa secondo Fe-
» bronio si riduce a rinnovare gli antichi canoni, e pro-
» scrivere gli abusi nati intorno ad essi e a farli eseguire.
» Dunque chiederò volentieri con qual podestà abbia
» Vittore stabilito, che per tutta la Chiesa si celebrasse
» la Pasqua? Con quale Zefirino decretato, che a' forni-
» catori, e agli adulteri fatta la penitenza si desse la pa-
» ce? Con quale s. Gregorio M. accordato alle Spagne,
» che con una sola immersione si conferisse il Battesimo?
» Perochè altri canoni non avean preceduto questi de-
» creti se non forse altri contrarj, a' quali serviron questi
» o di correzione, o di abolimento » (2).

(1) *Gerdil animadversiones in comment. a Febron. in suam retractat. edit. animadvers. in position. 7. t. 13. edit. Rom. pag. 223. et seq.*

(2) *Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 2. cap. 3. n. 1.*

ARTICULUS V.

Obedientia quae Romanae Sedis constitutionibus debetur.

Petrus Ballerinius de obedientia agens quae constitutionibus Romanae Sedis debetur, insigne affert exemplum Francisci de Salignac Fenelonii archiepiscopi et Ducis Cameracensis. Hic piissimus aeque ac doctissimus Praesul librum ediderat inscriptum, *Explications des Maximes des Saints*. Excerptae ex ipso propositiones tres et viginti, ac decreto Innocentii XII. die 12 martii an. 1699 condemnatae. Etsi ille ante condemnationem in ipsis vindicandis ab adversariorum censuris pluribus editis apologeticis libellis laborasset, ut primum tamen apostolicum breve accepit, statim mandato diei 9 aprilis anni ejusdem primus omnium constitutionem promulgans, eique *simpliciter, absolute, et absque ulla umbra restrictionis adhaerens*, cordis obsequium ex obedientia debitum declaravit, publiceque librum suum, et propositiones ab apostolica Sede proscriptas expresse damnans, ac interdicens, eamdem obedientiam ovibus sibi commissis commendavit (1).

De hoc ipso Fenelonii facto clarissimus Barruel sic loquitur: « Rome a parlé, Fénélon se retracte. C'est lui » qui s'est trompé; c'est lui qui, le premier, doit l'exem- » ple de la soumission, et c'est en ces termes qu'il le » donne à son peuple : »

« Nous nous devons à vous, sans réserve, mes très-chers » frères, puisque nous ne sommes pas à nous, mais au » troupeau qui nous est confié. C'est dans cet esprit que

(1) *Petrus Ballerinius de vi ac ratione primatus Rom. Pontif. cap.* 13. § 14. *n.* 75.

» nous nous sentons obligés de vous ouvrir ici notre » coeur, et de continuer à vous faire part de tout ce qui » nous touche sur le livre des maximes des Saints. Enfin » notre très-Saint-Père le Pape a condamné ce livre, » avec les vingt-trois propositions qui en ont été extrai- » tes, par un bref daté du 12 mars. Nous adhérons à ce » bref, mes très-chers frères, tant pour le texte du livre, » que pour les vingt-trois propositions, simplement, » absolument, et sans restriction. »

« Nous nous consolerons, mes très-chers frères, de ce » qui nous humilie, pourvu que le ministère de la pa- » role, que nous avons reçu du Seigneur pour votre san- » ctification, n'en soit point affoibli, et que nonobstant » l'humiliation du pasteur, le troupeau croisse en grace » devant Dieu. »

« C'est donc de tout notre coeur que nous vous exhor- » tons à une soumission sincère, et à une docilité sans » réserve, de peur qu'on n'altère insensiblement la sim- » plicité de l'obéissance dont nous voulons, moyennant » la grace de Dieu, vous donner l'exemple jusqu'au der- » nier soupir de notre vie. »

« A Dieu ne plaise, qu'il soit jamais parlé de nous, si » ce n'est pour se souvenir qu'un pasteur a cru devoir » être plus docile que la dernière brebis de son troupeau, » et qu'il n'a mis aucune borne à son obéissance. »

« Qu'il soit gravé sur la chaire de Pierre ce monu- » ment si glorieux pour ses Pontifes! Dans les siècles de » siècles, il dira aux rebelles : quand le vicaire de Jésus- » Christ s'est fait entendre ce n'est pas le génie qui se » refuse à l'obéissance, aux rétractations. Si vous pensez » ne voir dans cet exemple qu'un simple mouvement de » cette grandeur d'ame, qui s'élance au-delà du devoir,

» c'est encore notre Eglise, qui dans la soumission de » Fénélon même, vous apprend qu'il n'a fait que rem- » plir envers le siége apostolique, un devoir rigou- » reux » (1).

ARTICULUS VI.

De vi quam Pontificum epistolis decretalibus inesse antiquitas agnovit.

Quantam vim epistolis decretalibus Pontificum inesse agnoverit antiquitas, ipsa indicat, inquit Zallinger, vox *auctoritatis*, qua illas epistolas denotabant. Teste Coustantio in pervetusta canonum collectione non alio quam *auctoritatis* nomine inscribuntur epistolae decretales: *auctoritas Siricii ad Himmerium*, *auctoritas Innocentii ad Victricium*.

Animadvertit laudatus auctor solitos esse primorum temporum Pontifices, vitae sanctitate, omnique doctrina illustres, maximam obedientiam subjectionemque erga decretales suas exigere, easque tanquam Petri potestate constitutas, additis gravissimis sanctionibus communire. Testis minime suspectus est Tertullianus Montanistarum lue jam infectus, et contra edictum apostolicae Sedis sentiens. « Audio edictum esse propositum et quidem pe- » remptorium: Pontifex scilicet Maximus, edicit: Ego et » moechiae et fornicationis delicta poenitentia functis » dimitto. » Quibus verbis Tertullianus ex stylo jurisconsultorum, quorum ipse in numero fuit, *peremptorium* vocat edictum, ita conceptum, ut *perimeret disceptationem*, hoc est, ultra non pateretur adversarium tergiversari (2).

(1) *Vid. proces-verbal de l'Assemblée du Clergé 1700. t. 7. Pièces justific. Barruel du Pape et de ses droits religieux t. 2. chapitre 5.*

(2) *L. 70 ff. de judiciis. Zallinger instit. jur. Eccl. publ. et priv. lib. subsidiar. cap. 6. n. 90.*

ARTICULUS VII.

Responsio Febronio praebetur.

« Quis discernet, inquit Febronius, an nova lex Pon- » tificia sit secundum naturam et Patriae consuetudinem » utilis, loco temporique conveniens, nemini praejudicans? » Certe episcopus, cui Deus regendam suam particularem » Ecclesiam commisit. » Quod veretur Febronius, ne decretum aliquod Pontificium utilitatibus peculiaris cujusquam Ecclesiae minus congruat, idipsum quoque, inquit card. Gerdil, de Concilii generalis decreto evenire posse, nemo diffitebitur. An propterea singulari cuique episcopo hanc facultatem tribuet Febronius, ut generalis Concilii decreta examini suo subjiciat, et si quidem minus ea sibi, suaeve Ecclesiae convenire judicaverit, jure suo repudiare illa simpliciter valeat? Sane tota causa, ob quam legis Pontificiae repudiandae facultatem singularibus episcopis attribuit, haec est, quod episcopo Deus regendam suam particularem Ecclesiam commisit, ad cumque propterea spectet de applicanda lege judicare; atqui hoc in Conciliaria non minus, quam in Pontificia decreta torqueri potest; semper enim urgere poterit episcopus, Ecclesiam se regere sibi a Deo commissam, ex quo si consequens est, ut Pontificia decreta, etiam consequetur, ut conciliaria, quandocumque minus illa Ecclesiae suae consentanea judicaverit, repudiare simpliciter valeat. Sed profecto haec ratio, nec de conciliaribus, nec de Pontificiis decretis valet. Praeterea non diffitetur Febronius, episcopalis auctoritatis usum exercitiumque canonibus coarctari potuisse. Si ergo in Ecclesia potestas est aliqua, cui episcopi subjici omnino debeant, repugnat certe, cuivis epi-

scopo liberum esse pro suo judicio, et arbitrio legem repudiare, qua qui superiori ea potestate pollent, eos adstringere et volunt, et possunt (1).

ARTICULUS VIII.

Quomodo se gerere debeant episcopi si quam forte Pontificiam Constitutionem de aliquo disciplinae capite pro suis diaecesibus minus opportunam esse censeant.

« Quia disciplina, inquit Benedictus XIV., varia est pro locorum, et temporum ratione, ac fieri potest, ut aliqua constitutio, licet plerisque orbis christiani diaecesibus utilis, alicui tamen provinciae, aut peculiari diaecesi minus opportuna dignoscatur; idcirco operae pretium duximus hic explicare, qua ratione se gerere debeant episcopi, qui aliquam Pontificiam constitutionem diaecesis suae rebus minime conducere arbitrantur, ne debito erga summos Pontifices, et apostolicam Sedem obsequio desint. »

(1) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retractation. edit. animadversion. in position. 19. t. 13. Si varietas, et contrarietas terrarum, et hominum, inquit Gerdil, justam auctore Febronio excusationem affert, ne superioris ejus auctoritatis decreta recipiantur, jam patens et expedita via paratur episcopis istis si qui sunt contentiosi et pertinaces, qua jactare in omnem se partem valeant, et 'quae minus placeant, quantumvis aequa, et salutaria legitimae auctoritatis jussa, detrectare. Quin potius etsi nulli sint pertinaces episcopi tamen quis nescit, quam frequenter pro ingeniorum varietate contingat, ut in una, eademque Sede successori displiceant, quae praedecessori placuere; et quae ab uno tamquam utilia, et propemodum necessaria judicata sint, ab alio nihil immutata rerum conditione velut noxia tamen, aut inutilia reprobentur? Ut proinde, si singulorum judicio superiorum decretorum receptio, vel repudiatio permittatur, necesse sit, omnem formam, ac speciem communis, constantisve disciplinae interire. Gerdil animadversion. in positionem 19. t. 13. p. 280.*

« Non hic agimus de peculiaribus rescriptis, aut mandatis, in quorum concessione, sive expeditione, nihil facilius est, quam ut aliquando Pontifices decipiantur vel falsa rerum enarratione, vel occultatione alicujus veritatis, quam si notam habuissent, nunquam ea concessissent, aut mandassent, quae alicujus vitii arguuntur. Verum in hisce casibus, quidquid ab eis per subreptionem, aut per obreptionem impetratum est, ipsi haud inviti abrogant (cap. super litteris de rescriptis;) nec ullo modo aegre ferunt si executores, quibus mandatum commissum est, exequutionem suspendant, atque interim accuratas ei mittant notitias, quibus certiorem reddant Pontificem, cur illius mandatum non duxerint exequendum » (1).

Multo minus hic agitur de Pontificiis constitutionibus dogmaticis, quae ad fidem pertinent... Agitur itaque de constitutionibus ad disciplinam pertinentibus; at non ad illam quae sacros respicit ritus, caeremonias, sacramenta, clericorum vitam: namque isthaec omnia a Pontificia auctoritate omnino pendent, ideoque apostolicae Sedis decreta, quae circa ea prodire contingat, inferiorum judicio, et censurae nullo modo subjecta esse debent; ut ipse etiam Petrus De Marca recte perpendit (2). Sed alia extat Ecclesiasticae disciplinae pars, de qua aliquando a Romanis Pontificibus generaliter statuitur, Verum nonnumquam experientia demonstrat aliquod ex hujusmodi generalibus statutis licet plerisque provinciis, ac diaecesibus utile atque proficuum, alicui tamen provinciae, aut diaecesi opportunum non esse; id quod legislatori compertum non erat, cum ipse peculiares omnes locorum res,

(1) *Ex decretali Alexandri 3. in cap. si quando de rescriptis.*

(2) *Petrus de Marca de concordia sacerdotii et imperii lib. 2. cap. 7. n. 8.*

atque rationes perspectas habere nequeat (1). In his itaque rerum circumstantiis episcopus intelligens, apostolicae Sedis legem in diaecesi sua noxium aliquem effectum producere posse, non modo suas Romano Pontifici rationes repraesentare non prohibetur, quin potius ad id omnino tenetur, ut copiose disserit Suarez (2). Neque Romani Pontifices unquam renuerunt inferiorum rationibus aurem praebere, et quoties has satis validas esse agnoverunt, minime recusarunt aliquas provincias, aut diaeceses a generalium constitutionum suarum lege, quoad disciplinae genus illud, de quo nunc agimus, eximere. Aliquando etiam legum ipsarum rigorem generaliter moderantes poenas adversus illarum transgressores minuerunt » (3).

CAPUT V.

De Romani Pontificis circa dispensationes potestate.

ARTICULUS I.

Papae potestas concedendi dispensationes evincitur.

Nil tam frequenter occurrit, nihil exploratius est annales ecclesiasticos pervolventibus, inquit Michael Casalis quam a Romanis Pontificibus principes, clerum, populosque christianos dispensationes omni tempore postulasse (4).

(1) *Cap. 1. de constitut. in 6.*
(2) *Suarez lib. 4. de legibus cap. 16.*
(3) *Benedictus XIV. de Synod. Diaeces. lib. 9. cap. 8. idem docet Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retractation. edit. animadvers. in positionem 19.*
(4) *Michael Casalis vind. jur. Eccl. animadvers. lib. 2. dissert. 2.*

Haec sane Papae potestas dispensationes concedendi luculentissimis confirmatur momentis ex ecclesiastica historia deprомptis. Extant epistolae Tarraconensium episcoporum ad Hilarum Papam (1), quibus de ordinatione episcopi per Silvanum Calaguritanum contra Patrum regulas, et Nicaenos canones facta conqueruntur; eumque consulunt, quid facto sit opus. Has porro epistolas duo memoratu digna continere rite observat Binius: «Unum, » quod ad Romanam Sedem tantum pertineat dispensare » in iis, quae contra canones praesumpta sunt; alterum » quod nullius Concilii provincialis tanta est auctoritas, » ut inconsulta Sede apostolica id praestare potuerit » (2).

Consentit gravissima Symmachi Papae sententia, inquit Gerdil, in celebri sexta Romana Synodo, frequentissimorum ex omni regione Patrum suffragio, crebrisque acclamationibus comprobata (3). « Nos enim (praefatus » Pontifex) et apostolicae Sedis moderamine compelli» mur, et ecclesiasticarum rerum dispositione constrin» gimur, sic canonum paternorum decreta librare, et retro » praesulum, antecessorumque nostrorum decreta metiri, » ut quae praesentium necessitas temporum restaurandis » Ecclesiis relaxanda exposcit, adhibita diligenti conside» ratione, quantum fieri potest, auxiliante Domino tem» peremus. »

Aliud exemplum suppeditat Leonis Magni epistola 54 quae est ad Marcianum. Depositus fuerat in latrocinio ephesino Domnus Antiochenus, in ejusque locum suffectus, seu potius intrusus Maximus, quem juribus invitis, Anatolius Constantinopolitanus ordinaverat. Sed quum Ec-

(1) *Apud Labb. tom.* 5.

(2) *Gerdil animadversion. in comment. a Febron. edit. in suam retractation. animadversion. in position.* 25. *t.* 13.

(3) *Apud Labb. edit. ven. tom.* 5. *col.* 509.

clesiae pax postulare viderctur, nt suffectus Antiochenus, qui rectam fidem professus fuerat, in ea Sede remanerct, non aliter id consequi potuit, quam venia, et indulgentia Romani Pontificis (1).

Cerno africanos Patres qui supplicem offerunt libellum Anastasio Pontifici, ut Donatistae ab haeresi ad veram fidem reduces pristinum in Ecclesia locum, reclamantibus canonibus, possint recuperarc (2). Atqui tamen, ut habet Thomassinus (3), erat Carthaginensis archiepiscopi eminentissima quaedam honoris, et potcstatis praerogativa supra episcopos omnes africanos, primatesque, sive metropolitanos. Quidquid Patriarchis, et Conciliis eorum dioecesanis, sive universalibus juris inerat, et auctoritatis, inerat et Carthaginensi. Non alia suae libertatis, et antiquae auctoritatis amantior, et retinentior fuit Ecclesia, quam africana, at nihilominus « universa haec Ecclesia ad Anastasium Papam confugit, ut dispensationem eliceret. »

Nec ab Antiochenis Flaviani ordinatio, inquit Politi, ante rata habita fuit, quam Damasus Pontifex illius vulneribus mederetur (4). Flaviani quippe ordinatio, ut observat Thomassinus (5), multis nominibus vitiosa fuisse videbatur, eique non Occidens tantum repugnaverat, sed et Antiochia ipsa. Theophilus Alexandrinus, ut animadvertit Michael Casalis, Damasum rei conscium fecerat, et sola deerat Sedis apostolicae sententia, ut Flavianus re ipsa exauctoratus haberetur; sed cum demum Flaviani

(1) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febron. in suam retractation. edit. animadversion. in positionem 25. tom. 13.*
(2) *Politi jurispr. Eccl. univ. t. 1. q.* 8.
(3) *Thomassin. p. 2. l.* 3. *c.* 24. *vid. Gerdil cit. loc.*
(4) *Politi t.* 1. *quaest.* 8. *n.* 4.
(5) *Thomassin. de benefic. p.* 2. *l.* 3. *c.* 24. § 19.

causam Theophilus tueretur, Pontificem adduxit, ut eum in communionem reciperet, suaeque Sedi restitueret. Accepto ab Antiochenis nuncio, Flavianum Romani Pontificis communione donatum; dictu incredibile est quam cito, quam alacriter dissipato penitus intestino dissidio, Antiochenum episcopum salutaverint (1). Cedo quid causae fuit, cur Flavianus a comprovincialium Synodo minime quaereret juris moderationem, quam expetebat? Cur Theophilus non orientalibus episcopis, sed Romano summoque antistiti Flaviani ordinationem multis rationibus vitiatam patefecerit, ejusque imploraverit opem? Cur Antiochiae populus, pastoris universalis audita sententia, nulla vi, nulloque metu compulsus, diuturnae vehementique seditioni, modum finemque repente imposuerit? Altiora haec habent sine dubio principia, quam aut casu, aut humanis artibus id factum credi vel probabiliter possit (2).

Nec Anatolio, qui ad Constantinopolitanas infulas temere obrepserat venia data, inquit laudatus Politi, nisi Leone sacerdote maximo exorato (3). Anatolium ipsum, ut refert Thomassinus, negavit Leo Papa in Sede Constantinopolitana confirmari potuisse nisi ex dispensatione apostolicae Sedis. Illum in eam intruserat impiissimus Dioscorus, apocrisiarium scilicet suum, stillantem adhuc cruore B. Martyris, et Patriarchae Flaviani. Interpellaverat pro eo Marcianus Imperator, nec potuit non eam dispensationem annuere Leo tanto intercessori (4).

Sed alia quoque dispensationum exempla expendamus a doctissimo Gerdilio hisce verbis relata: « chiarissimo è

(1) *Socrat lib. 5. cap. 16. ex versione Christophorsoni.*
(2) *Michael Casalis vindic. jur. Eccl. lib. 2. dissert. 2.*
(3) *Politi cit. loc.*
(4) *Thomassinus loc. cit. Politi cit. loc.*

l'esempio, inquit Gerdil, della dispensa accordata da Papa Simplicio per bene della Chiesa, ed a richiesta dell' imperatore Zenone, per convalidare l'ordinazione di Stefano il giuniore, ordinato in vescovo di Antiochia contro il tenore de' canoni Niceni. »

Altra dispensa fu chiesta da Stiliano Mapa metropolita della provincia Eufratesia a Stefano V. a nome anche di Leone il filosofo, figlio di Basilio per la promozione alla Chiesa di Costantinopoli di Stefano, fratello dello stesso imperatore, il quale era stato ordinato diacono da Fozio (1): « Cum autem sciamus nos ab apostolica vestra Sede regi, et gubernari debere, propterea nostris exiguis litteris vestram venerandam dignitatem rogamus, uti populo, qui non sine gravi causa Photium admisit, veniam, misericordiamque indulgere velit... Sed per fraudem ab illo circumventos rogamus, ut commiseratione, veniaque per dispensationem prosequere, ut Ecclesiae Constantinopolitanae pax reddatur.... Rogat te ipse Petrus, cujus locum, thronumque, ut administres, sortitus es, qui a communi cunctorum Domino etiam iis, qui scientes, volentes peccant septuagies septies didicit ignoscere. »

Gli stessi Basileensi non poterono a meno di riconoscere nel Papa una singolare prerogativa di autorità in dispensare sopra i decreti stessi de' Concilj generali, come potea vedere il censore presso l'autore Defensionis etc. L. 11. c. 16. « Dispensationes nemo catholicus, nemo veri regiminis sciens, aut rerum ecclesiasticarum gnarus abstulerit. Has toto animo complectitur ea, quam pontificiae potestati maxime adversari putant, Basileensis Synodus. Sic enim loquitur (2): per concilium autem statuta in

(1) *Labb. t. 10. col. 902.*
(2) *Epist. Synod. n. 5.*

nullo derogant suae (pontificis) potestati, quin pro tempore, loco, causisque, et personis, utilitate, vel necessitate suadente, moderari, dispensareque possit, atque uti summi Principis epicheja quae ab eo auferri nequit. »

Qui riconosce nel Papa l' autorità di dispensare sopra gli Statuti de'canoni per una prerogativa di Epicheja, non comune a tutti i vescovi, ma propria *summi Pontificis*; prerogativa talmente inerente al primato del Romano Pontefice, che *ab eo auferri nequit* (1).

Audiatur etiam hac de re clarissimus Bianchi, qui de Papae potestate dispensandi a legibus a Conciliis generalibus latis disserens, ita scribit: « Questa potestà è riservata al Romano Pontefice, come l'istesso Dupino, tuttochè iniquissimo contro l'autorità del Papa, è costretto pure a confessare, dove parlando delle prerogative che nascono dal primato del Romano Pontefice, ammette ancor quella di dispensar dalle leggi de' generali Concilj in que'casi, in cui gli stessi Concilj dispenserebbero (2).

Hinc egregie hac de re clarissimus Barruel scribebat: Le pouvoir de donner ces sortes de dispenses est tellement reconnu dans le Pape, que jamais catholique, jamais homme tant soit peu versè dans la nature d'un vrai gou-

(1) *Gerdil confut. di due Libelli contro il breve super soliditate p.* 2. *t.* 12. *edit. Rom. p.* 150. *et seq.*

(2) *Dupinus de antiq. Eccl. discipl. dissert.* 4. *cap.* 2. § 3. *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 3. *cap.* 4. § 1. *tom.* 5. *par.* 1.

« *Sendo la dispensa un atto di giurisdizione, non può questa competere, inquit Gerdil, a qualsivoglia inferiore sopra le leggi emanate da autorità superiore. Onde chiaro risulta il fondamento della differenza, che si fa nella giurisprudenza canonica tra le assoluzioni, e le dispense; cioè che le assoluzioni sono de his, quae competunt, nisi prohibeantur, e le dispense de his quae non competunt, nisi concedantur. Massima egregiamente illustrata da Gonzalez, da Tomassino, dalla comune de' canonisti.* » *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate p.* 2. *t.* 12. *pag.* 153.

vernement, et des choses de l'Église, ne refusa ce droit au Pontife romain. Has enim dispensationes nemo catholicus, nemo veri regiminis sciens aut rerum ecclesiasticarum gnarus abstulerit (1).

ARTICULUS II.

Refellitur Bohemerus.

Quam porro, inquit Politi, a veritate alienum est, quod ex De Marca, et Thomassino exscribit Bohemerus, nimirum a majoribus nostris, ut ab alicujus canonis obsequio discederetur, nusquam concessum. Nonne enim, ut alia omittam exempla, a Gelasio Pontifice (2) laicis, monachisque permissum fuit, ut contra ac canonibus vetitum erat, praepropere ac festinanter ad Sacerdotii gradum proveherentur (3)?

Si priscis Ecclesiae temporibus perrarae erant hujusmodi dispensationes, postea vero post saeculum XI. frequentissimae fuerunt, id uni temporum culpae vertendum est. Non igitur a dispensationum frequentia morum corruptela orta est, ut Romanae Ecclesiae hostes effutiunt, verum ex morum corruptela crebrarum dispensationum necessitas enata est (4).

(1) *Bossuet cap.* 16. *Barruel du Pape etc. tom.* 2. *quatrième partie, chapitre* 2.

Circa Papae potestatem dispensationes concedendi vid. Suarez de sum. Pontif. sect. 2. *n.* 17. *Bellarmin. de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 19. *Carolum Gagliardum instit. canonic. lib.* 1. *tit.* 12. *Devoti inst. canon. lib.* 1. *tit.* 3. § 16.

(2) *Epist. ad episcopos Lucaniae.*

(3) *Politi jurispr. Eccl. univ. t.* 1. *q.* 8. *n.* 6.

(4) *Politi cit. loc.*

ARTICULUS III.

Ob quosdam abusus qui interdum forsitan deteguntur Pontificis auctoritas concedendi dispensationes negari non potest.

In singulis Pontificiis dispensationibus, aliqua fere semper justa occurrit ratio, recte scribit Petrus Ballerinius, ex qua bonum publicum, et aedificatio Ecclesiae deduci potest. Praejudicia, et abusus qui subinde deteguntur, ex aliorum culpa proveniunt. Multi sane dispensationum, aliarumque gratiarum abusus, qui obreptioni, vel subreptioni petentium sunt adscribendi.... Non modicum ab illis timendum, qui zelo quodam, at non secundum scientiam concepto, se abripi sinunt, ut superioribus crimini vertant facta, quorum causam ignorant, vitiosaque praesumant, quae potius bona et licita censenda sunt. Afferam S. Gregorii textum (1); ubi hanc censuram, qua dispensationum abusus ob causae ignorationem notantur, suo quoque aevo non raram his verbis perstringit: « Saepe quia intelligi non » valent, deterioribus displicent vel facta, vel dicta me» liorum: sed eo ab eis non temere reprehendenda sunt, » quo apprehendi veraciter nequaquam possunt. Saepe a» liquid a majoribus dispensatorie agitur, quod a minoribus » error putatur. Saepe multa a fortibus dicuntur, quae in» firmi ideo dijudicant, quia ignorant. Et alibi idem Ballerinius: Si ob abusus neganda esset potestas *ut ut legitima*, quis non videat negandam esse potestatem tum Pontificiam tum episcopalem, tum ordinariam, tum delegatam, quae ex hominum sive fragilitate, sive malitia multis inficiuntur abusibus (2)?

(1) *S. Gregor. lib.* 5. *Moralium in Job c.* 5. *n.* 24.

(2) *Petrus Ballerinius vindiciae auctoritatis Pontificiae contra opus Justini Febronii cap.* 4.

ARTICULUS IV.

Refelluntur qui asserunt dispensationes a R. Pontificibus datas ad extraordinariam in Ecclesia providentiam pertinere.

Quod quidam ajunt, dispensationes quasdam a summis Pontificibus datas spectare ad extraordinariam in Ecclesia providentiam, ludere mihi videntur, inquit Michael Casalis. An qui constitutus est vindex, et canonum exactor, is sive juris rigorem servandum, sive emolliendum esse decernat, extraordinaria utitur potestate? Quod vero saepenumero, ac fere quotidie fit, insuetum aut extraordinarium dici nequit (1).

ARTICULUS V.

Causae ob quas Romani Pontifices plures dispensationes sibi solis vindicarent.

Quaecumque episcoporum consensio aliquam Romanis Pontificibus occasionem praebere quidem potuit, quemadmodum scribit clarissimus Zacharia, ut tandem ejusmodi dispensationes sibi solis vindicarent; aliae tamen causae, eaeque gravissimae fuerunt, cur sin minus lege, usu certe illas episcopis ereptas sibi adscriberent.

Quum provincialia Concilia, ad quae episcopi ineunte quarto saeculo jus dispensationum traduci passi non illibenter fuerant, quod in illis aliquid amplius quam in singulis episcopis, inesse vigoris, sapientiae, constantiaeque animadverterent; quum inquam provincialia Concilia paulatim exolescere coepissent, aut non ea saltem, qua antea celebrari frequentia, nec consultum esset, singulorum episcoporum arbitrio gravissimas dispensationum causas

(1) *Michael Casalis vindic. jur. Eccl. animadvers. lib. 2.*

dimittere Romani Pontifices praeter eas quae a Lateranensi IV. Concilio ipsis adjunctae fuerant, plerasque alias dispensationes sibi servarunt, ne aut nimia indulgentia canonum disciplina penitus tandem infringeretur, aut nimia severitate fideles in praeceps abducerentur (1).

ARTICULUS VI.

Febronius ac Pereira asserentes episcoporum consensu opus fuisse ut Romani Pontifices ejusmodi dispensationes sibi reservarent, refutantur.

Falluntur Febronius, ac Pereira, inquit Zacharia, dum episcoporum consensionem ad id Romanis Pontificibus necessariam fuisse contendunt. Enim vero quantam omnibus retro saeculis summi Pontifices in episcoporum dispensationes auctoritatem exercuerint, consideremus. Dispensarunt nonnulli ut videtur, Hispaniarum episcopi cum poenitentibus, bigamis, aliisque, quos propterea sacris ordinibus initiaverant. Ignovit illis « *solius* pietatis intuitu Siricius, edixit tamen scirent posthac omnium provinciarum summi antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint adsumendum, et de suo, et de eorum statu, quos contra canones et interdicta nostra provexerint, congruam ab apostolica Sede promendam esse sententiam (2). Multas quoque Africanorum dispensationes improbavit S. Leo M. (3). Interdum etiam quas episcopi petiissent dispensationes a Romanis Pontificibus negatas reperimus. S. Bonifacius suum sibi successorem ordinare percupiebat, idque a Zacharia

(1) *Zacharia Antifebron. vindicat. dissert. 7. cap. 4. n. 5. et seq. part. 3.*

(2) *Ep. 1. ad Himer.*

(3) *S. Leo M. ep. 12. col. 664. Ball. edit.*

Papa postularat. Verum Pontifex illi rescribens (1), abnuit: « ut te vivente, inquit, in loco tuo eligatur episco-» pus, hoc nulla ratione concedi patimur. » Age jam quis sibi in animum inducat, eos qui in episcoporum dispensationes pro summa potestate animadvertebant, illasque nunc cohibebant, nunc plane aversabantur, eorundem episcoporum consensu indiguisse, ut aliquas episcopis dispensationum facultates adimerent, ac sibimetipsis servarent (2)?

CAPUT VI.

De Papae circa Matrimonia potestate.

ARTICULUS I.

Papae potestas statuendi Matrimonii impedimenta.

Jus statuendi impedimenta matrimonium dirimentia Romano Pontifici competere quemadmodum ipsi competit potestas alias leges statuendi cum ipsi suprema potestas in Ecclesia tanquam capiti collata sit, ostendit clarissimus Kugler (3), cui consonat Devoti ita scribens: Haec quidem vetustissima consuetudo est, quam omnium aetatum consensus comprobavit, ut summus Pontifex dirimentia matrimonium impedimenta constituat, et tollat constituta, cum id justis de causis faciendum est (4). Id

(1) *Ep. 1.*
(2) *Zacharia Antifebron. vindicat. part. 3. dissert. 7. cap. 4. n. 8.*
(3) *Kugler de Matrimon. part. 2. cap. 1. § 1. n. 1038. vid. Leurenium in lib. 4. decretal. tit. 1. q. 102. n. 6. Zallinger lib. 4. tit. 1. de sponsalibus, et matrimon.*
(4) *Devoti instit. canonic. lib. 2. tit. 2. sect. 9. § 121.*

ipsum luculentissime a Clericato confirmatur per haec verba: « appellatione Ecclesiae habentis potestatem instituendi impedimenta dirimentia matrimonium venire Concilia generalia, ac summum Pontificem, omnes scribentes concedunt; quia ab initio ipsius Ecclesiae per omnia subsequentia saecula tum a Conciliis generalibus, tum a summis Pontificibus usque ad tempus Concilii Tridentini dirimentia impedimenta fuerant statuta tam circa gradus consanguinitatis; affinitatis, ac publicae honestatis, quam circa votum solemne castitatis, ordinem sacrum etc. (1). Quare jure, meritoque sic scribebat doctissimus Benedictus XIV. (2). Cum Papa possit per suam universalem legem novum impedimentum dirimens matrimonio apponere, potest etiam in aliquo speciali eventu prohibere, ne inter peculiares personas matrimonium contrahatur, simulque decernere, ut contra suam prohibitionem contractum sit irritum quemadmodum adnotarunt Alexander de Nevo, et Calderinus (3), docentque Barbosa (4), Becanus (5), Schmalzgrueber (6).

(1) *Clericatus decis.* 18. *de Sacram. Matrim. n.* 18. *vid. Politi jurisprud. Eccles. univers. t.* 9. *q.* 29.

(2) *Benedictus XIV. de Synod. diaeces. lib.* 12. *cap.* 5. *n.* 3.

(3) *Alexander de Nevo et Calderinus in cap. tua, de sponsa duorum.*

(4) *Barbosa in cap. ad dissolvendam, num.* 4. *de desponsat. impuber.*

(5) *Becanus in summ. tit. de Sacram. cap.* 49. *quaest.* 1.

(6) *Schmalzgrueber ad lib.* 4. *decretal. tit.* 16.

ARTICULUS II.

Papae potestas dispensandi in impedimentis Matrimonii.

Papa in omni impedimento impediente dispensare valet; dispensare etiam potest in omni impedimento dirimente juris ecclesiastici (1). Hinc desinente saeculo VI. Gregorius Magnus facultatem fecit Anglorum genti recenter ad fidem conversae, ut posset cum consanguineis nubere in tertio gradu, intra quem tamen irrita tunc erant conjugia (2). Gregorius II. ineunte VIII. saeculo facultatem Germanis tribuit, ut nuberent post quartum consanguinitatis gradum (3). Synodus Tridentina, ut animadvertit clarissimus Politi, sartam tectam esse voluit potestatem, qua semper apostolica Sedes usa fuerat, removendi impedimenta dirimentia (4).

At meminisse oportet, inquit Benedictus XIV, esse casus nullo aut naturae, aut divino jure prohibitos, in quibus, tamen Pontifex neutiquam dispensare consuevit, quamvis soli positivae legi derogaturus (5).

(1) *Maschat lib. 4. append. de dispensat. Schmier t. 2. lib. 4. tract. 3. cap. 1. n. 35. Carolus Gagliardus instit. can. t. 2. lib. 2. tit. 11. n. 94. Sanchez lib. 8. de Matrimon. disp. 6. Rigant. comment. in reg. 49. cancell.*

Benedictus XIV. Const. Etsi Matrimonialis § 7. tom. 4. Bullar.

(2) *Vid. l. 11. epist. 64 ad Augustinum Anglorum episcopum, et lib. 14. epist. 17. ad Felicem Messanensem episcopum.*

Juveninus dissert. 10. de matrim. q. 6. cap. 2. Gerdil animadversion. in commentar. a Febron. in suam retractation. edit. animadvers. in positionem 25. Politi jurisprud. Eccl. univers. tom. 9. quaest. 29.

(3) *Juveninus dissertat. 10. de matrim. q. 6. cap. 2. Gerdil. cit. loc. vid. epist. 13. ad Bonifacium episcopum apud Labb. Politi t. 9. q. 29.*

(4) *Politi cit. loc.*

(5) *Benedictus XIV. epist. ad R. Ignatium Realem primum Pontificiarum Caeremoniarum Magistrum de celebratione Missae a sedente, quae incip. Aestas anni § 12. tom. 4. Bullar. in append.*

§ I. *An in primo affinitatis gradu lineae rectae pro contrahendis nuptiis Papa dispensare valeat.*

In primo gradu affinitatis lineae rectae inter vitricum nempe et privignum, privignum et novercam, socerum et nurum, generum et socrum, Pontifices dispensare non posse pro nuptiis contrahendis tenent Bellarminus (1), Natalis Alexander (2), Cabassutius (3). Contrariae vero

Non convenit inter theologos an matrimonium inter fratrem, et sororem, jure naturali, Divino, vel humano prohibeatur. Certe s. Thomas, Gonzalez, Pontius, Parisius solam juris positivi prohibitionem agnoscunt, neque tamen ullo probato testimonio evincitur, a quopiam Pontifice admissas fuisse preces fratris, et sororis matrimonii vinculo invicem ligari petentium, quae enim a Sanctae Sedis hostibus proferuntur exempla, falsa sunt. Instituit equidem Henricus VIII: Angliae Rex vehementer apud Clementem VII. ut spurio ipsius filio Duci Richemundensi ducere liceret Mariam e legitimo Henrici, et Catharinae thoro prognatam, repulsam vero tulit illico. Benedictus XIV. cit. epist. ad Ignatium Realem incip. Aestas anni § 13. t. 4. Bullar. in append. p. 270.

Impedimentum Criminis, secuta etiam conjugis occisione a positivo jure est stabilitum, quod patet ex Hebraica Lege matrimonium post copulam, et conjugis occisionem, irritum non agnoscente . . . neque tamen exemplo ullo constat, Pontificem dispensasse in impedimento hujusmodi publico.

Si impedimentum sit occultum, Major Poenitentiarius dispensat in matrimoniis tum contractis tum contrahendis pro foro interno, commisso adulterio, sed neutro machinante; *verum si impedimentum oriatur ex adulterio,* utroque, vel altero machinante, *sitque occultum, habet quidem Major Poenitentiarius facultatem dispensandi, raro tamen, et semper pro foro tantum interno, his quoque servatis, ut gravis concurrat necessitas, aut grave immineat periculum, et casu in plena congregatione, aut Poenitentiariae signatura proposito. Benedictus XIV. cit. epist. ad Ignatium Realem etc. incip. Aestas anni § 15. t. 4. Bullar. p. 270. 271. vid. etiam Const. Benedicti XIV. incip. Pastor bonus t. 1. Bullar. § 44. p. 199.*

(1) *Bellarmin. de matrim. lib. 1. cap. 28.*

(2) *Natalis Alexander theolog. dogmat. de sacram. matrim. art. 6, reg. 1.*

(3) *Cabassutius Theor. et prax. jur. canon. lib. 3. cap. 24.*

sententiae, statuenti Pontifices potestate gaudere dispensandi super primo gradu affinitatis lineae rectae, adhaerent Sanchez, Pontius, Gonzalez (1), De Justis (2), Guttierez (3). Et posterior haec sententia verior est, inquit Rigantius: non enim conjugia inter praedictas personas prohibita sunt jure naturali, sed lege tantummodo ecclesiastica, super qua Pontifices plenaria fruuntur dispensandi facultate, ut colligitur ex Concilio Agathensi tempore Symmachi Papae celebrato (4). Eandemque sententiam quod possit Pontifex dispensare in primo gradu affinitatis in linea recta sequuta est s. Congregatio s. Inquisitionis, dum actum fuit super dispensatione petita a duce Mantuae pro ducenda nuru in uxorem, nec non congregatio particularis habita coram Benedicto XIV. die 14 februarii 1727.

Sed audiamus doctissimum Benedictum XIV. ita scribentem: Matrimonium in primo affinitatis gradu lineae rectae, jure tantum positivo interdicitur, asseritque Silvius magni nominis theologus, Pontificem dispensare posse cum vitrico, et privigna; ad hunc vero diem Pontificum nullus extitit, qui ex causa etiam gravissima dispensaverit in primo affinitatis gradu lineae rectae (5). Tit. sane perpendentes Pontifices, ut inquit Rigantius, quod privigna respectu vitrici, privignus respectu novercae, nurus respectu soceri, gener respectu socrus filiorum loco habiti sunt, qua ratione ex illorum conjunctione maxima oriretur turpitudo, et indecentia, quam et jus civile agnovit, dum conjugia inter easdem personas celebrare

(1) *Gonzalez in cap. 1. de consang. et affinit.*

(2) *De Justis de dispensat. matrim. lib. 2. cap. 7.*

(3) *Guttierez de matrim. cap. 99.*

(4) *Concil. Agathens. can. 61.*

(5) *Benedictus XIV. epist. ad Ignatium Realem primum Pontificiarum caeremoniarum magistrum de celebratione Missae a sedente, quae incipit Estas anni* § 14. *t.* 4. *Bullar. in append.*

prohibuit; hinc ab hujusmodi dispensatione concedenda abstinuerunt (1).

Caeterum consuevit aliquando apostolica Sedes dispensare in primo affinitatis gradu in linea recta ex actu fornicario proveniente, quam dispensationem prae caeteris indulsit Clemens XI. die 13 julii 1708. Affinitas enim quae oritur ex actu fornicario, longe diversa est ab ea, quae ex legitimo et publico matrimonio provenit; hoc enim posteriori casu privignus, privigna, gener et nurus, donec matrimonium perduravit vitricum, novercam, socerum, socrum, loco parentum habuerunt et recognoverunt, ex quo oritur publica indecentia, et publicum scandalum, cujus ratione non expedit, ut Pontifex inter dictas personas dispenset; at publica haec indecentia, publicum scandalum non adest, ubi Papa veniam facit, ut quis possit in uxorem ducere Bertam, exempli gratia, cujus matrem jam defunctam fornicarie cognovit, quia Berta fornicarium illum nunquam loco patris habuit, nec in patrem recognovit. Quod vero attinet ad primum gradum affinitatis in linea transversali, hodie non amplius ambigitur, quod Pontifex super illo dispensare valeat (2).

§ II. *An fas sit episcopis impedimenta Matrimonium dirimentia relaxare.*

Benedictus XIV. docet « fas non esse episcopis removere impedimenta dirimentia matrimonium, seu quemquam solvere ab impedimento, quo detinetur, veniamque eidem concedere, ut impedimento non obstante, matrimonium contrahat. Animadvertendum est, sermonem hic

(1) *Rigantius in reg.* 49. *cancell.*
(2) *Rigantius cit. loc.*

non esse de impedimentis mere impedientibus, quae nullus dubitat posse ab episcopo relaxari, si excipias impedimentum ortum ex sponsalibus cum altero initis, quod isto invito, sine ejusdem injuria remitti nequit, et illud quod provenit ex voto aut ingrediendae religionis, aut perpetuae castitatis, quae vota nisi fuerint conditionata, summo Pontifici reservantur, nec non alterum proveniens ex haeresi (1). Neque res est de impedimento, quod irritum reddidit matrimonium jam publice contractum, ultro enim concedimus episcopo illud relaxandi facultatem, quam eidem adscribunt Sotus, Navarrus, Sanchez, Pontius, Cabassutius, Sylvius, Fagnanus, Natalis Alexander (2), qui tamen unanimiter monent, non posse episcopum eam potestatem sibi usurpare, nisi simul concurrant sex circumstantiae:

1. Scilicet ut jam matrimonium fuerit contractum in faciem Ecclesiae, omnibusque adhibitis solemnitatibus:

2. Ut contractum fuerit bona fide ex juris, aut facti ignorantia:

3. Ut sit consummatum:

4. Ut impedimentum sit occultum.

5. Ut non possit facile adiri prima Sedes, seu dispensatio a Papa obtineri, ob conjugum paupertatem, rusticitatem, locorum distantiam, aliasque similes causas.

6. Denique, ut non possit separatio fieri sine scandalo.

Notant itidem iidem doctores, dispensationem ab epi-

(1) *Sanchez lib.* 7. *de matrim. disp.* 17. *Perez de matrim. disp.* 23. *sect.* 8. *Cabassut. theor. et prax. jur. canon. lib.* 3. *c.* 27. *Natalis Alexander theolog. dogmat. et moral. de matrim. lib.* 2. *art.* 13. *reg.* 14.

(2) *Sotus in* 4. *dist.* 37. *quaest. unic. art.* 2. *Navarrus man. cap.* 22 *Sanchez lib.* 2. *disp.* 40. *Pontius lib.* 8. *cap.* 13. *Cabassutius cit. cap.* 27.. *Sylvius operum tom.* 5. *inter resolutiones in verb. dispensatio secundo. Fagnanus in cap. nimis* 33. *De Filiis Presbyt. Natalis Alexander cit. loc. reg.* 10.

scopo in praedictis circumstantiis obtentam, prodesse dumtaxat pro foro conscientiae, non autem pro foro externo.

Tandem advertendum est, nec quaestionem hic esse de impedimento dirimente occulto, quod obstet matrimonio nondum contracto, sed proxime contrahendo. Scimus quippe non deesse doctores, qui episcopo facultatem asserant illud auferendi, cum tales urgent rerum circumstantiae, ut nec summus Pontifex consuli, nec matrimonii contractus, ad quem omnia sunt disposita, differri possit sine scandalo, et paratorum ad nuptias infamia: ad praecavenda enim praedicta gravia mala, si alius non suppetat modus illis occurrendi, praesumendum est, summum Pontificem delegare episcopo potestatem dispensandi, quam certe, requisitus, non esset ci denegaturus. Hanc facultatem se omnium primum episcopis vindicasse gloriatur Sanchez (1), sed eum postea sequuti sunt Pontius, Perez, Bonacina, Barbosa (2), Cabassutius (3), De Justis (4) Wiestner (5). Sed quamvis haec opinio teste citato Bonacina sit fere communis, cam tamen acriter reprehendit, et exagitat Fagnanus (6). »

« Sed quidquid sit, inquit Benedictus XIV. de ea extraordinaria potestate, quae ex praesumpta summi Pontificis voluntate in aliquo eventu, urgentissimae videlicet necessitatis, et impedimenti occulti, competat episcopis, nullum in praesens de ea ferimus judicium; sed tantum disserimus de ordinaria potestate dispensandi in quibus-

(1) *Sanchez lib. 2. disp. 40.*
(2) *Barbosa de offic. et potest. episc. part. 2. allegat. 35.*
(3) *Cabassutius cit cap. 27.*
(4) *De Justis de dispensat. matrimon. lib. 2. cap. 2.*
(5) *Wiestner ad tit. 16. lib. 4. decretal. n. 66. et seq.*
(6) *Fagnanus in cap. Nimis de Filiis presbyt.*

dam impedimentis dirimentibus publicis. Hanc potestatem, communi fere calculo, doctores denegant episcopo: quin immo sacrae urbis congregationes Concilii videlicet, ac supremae inquisitionis, non semel proscripserunt, tamquam falsam, et temerariam propositionem asserentem episcopo jus dispensandi super impedimento dirimente publico, quod obsistat matrimonio contrahendo, etiamsi gravis urgeat illud contrahendi necessitas (1). »

§. III. *Febronii objectum solvitur.*

» Ad noscendam, inquit Febronius, modernam hujus » juris disciplinam addimus sequentia ex Zegero Van-» Espen (2), quibus dispensandi auctoritas super impedi-» mentis matrimonii competat, nec in canonibus, immo » nec in decretalibus Gregorii IX. determinatur, neque » legitur aliquo decreto generali auctoritas haec episcopis » adempta, et Pontifici reservata; at consuetudine tan-» dem invaluit, et moderna habet disciplina, ut si agatur » de impedimentis dirimentibus, et de matrimonio cum

(1) *Benedictus XIV. de Synod. diaeces. lib. 9. cap. 2. vid. Joannem Baptistam Rigantium tom. 4. commentar. in reg. cancellar. in notis ad regul. 49.*

Disputatum fuit a Patribus Tridentinis ut animadvertunt Gagliardus Politi, card. Pallavicinus utrum salubrius foret episcopis, quam Papae, facultatem dispensandi reservare? Pontifex Pius IV. prae caeteris annuebat, ut consanguinitas in quarto gradu, quia frequentior a Pontificis reservationibus eximeretur, eam arbitrio episcoporum dimittens. At Synodo magis placuit sententia Marci Antonii Bobbae Augustani episcopi, et Sabaudiae Ducis legati, qui censuit episcopalem dispensandi facultatem in eo sanguinis gradu fore quammaxime adversam communi objecto, votoque Patrum indulgendi raro dispensationes. ita Gagliardus inst. can. lib. 2. tit. 11. n. 96. p. 568. Politi t. 9. q. 29. adnot. 2. p. 207. vid. Paleottum in act. Concil. Trident. ad diem 17. august. 1563. card. Pallavicin. lib. 23. cap. 9. n. 17.

(2) *Jur. Eccl. univ p. 2. sec. 1. tit. 14.* § 13.

» tali impedimento contrahendo, soli Pontifici dispensatio » competat, nisi episcopi ostendant, speciali consuetudi» ne, aut privilegio dispensandi auctoritatem sibi com» petere. »

Sed quisquis, inquit Gerdil, Zegerum cum Zegero contulerit facile intelliget, minus considerate dicta esse, quae hoc loco ex eo deprompta sunt a Febronio. Ait nullum extare vetus decretum, canonem nullum, quo dispensandi facultas, etiam ubi agitur de matrimonio cum impedimento dirimente contrahendo, episcopis adempta reperiatur. Haud sane mirum inquit Gerdil. Qui enim adimi poterat facultas, quae nullibi adhuc sese ostentaverat? Equidem vulgaris est error, qui jam velut proverbio increbuit, hac olim facultate passim episcopos pleno jure potitos esse. At vulgarem hunc errorem depellit Zegerus ipse (1), ubi Christiano Lupo duce observat, praevias ad matrimonium dispensationes nullas tota antiquitate reperiri, primumque illarum exemplum non altius repetit, quam ab Innocentio III. qui Othoni IV. Imperatori veniam fecit, ut cum Philippi filia quarto consanguinitatis gradu sibi conjuncta justas nuptias contraheret. Falsum proinde, quod vulgo quidem, sed imperite jactatur, episcopos prisco more, ac jure in hujusmodi impedimentis ultro dispensasse (2).

Quid? si nec id sibi fas esse suspicari ullo modo poterant? Atqui hoc ipsum concedat Zegerus, oportet, si vult secum ipse constare. In causam nimirum inquirit cur dispensationes istae antea inauditae sequiori demum aetate a summis Pontificibus coeptae sint primum quidem parcius, dein largius effundi. Hanc porro affert,

(1) *P. 2. tit. 14. c. 1. n. 5.*

(2) *Gerdil animadversion. in Commentar. a Febron. in suam retractation. edit. animadvers. in positionem 25.*

nempe « postquam saeculis posterioribus invaluit quorun- » dam jurisperitorum opinio, Romanum Pontificem, ca- » nonibus, aut decretis ecclesiasticis etiam Conciliorum » generalium non ligari, nec constringi posse; hacque » tandem opinione a Romanis Pontificibus probata, et » recepta, mirum quanta facilitate coeptum sit a prae- » scripto canonum recedi, et contra eos dispensationes a » Romanis Pontificibus impetrari! » Ergo si Zegerum audimus, inquit cit. Gerdil, Pontificiis istis dispensationibus initium, causamque praebuit increbrescens illa jurisperitorum quorundam opinio, Romanum Pontificem canonum decretis constringi non posse. Jam vero nusquam invaluit opinio, quae talem a canonum decretis immunitatem episcopis indulgeret; nullo igitur tempore potuit in episcopis facultas agnosci, quae hac immunitate, seu immunitatis opinione niteretur (1).

§. IV. *Matrimoniales dispensationes sacris canonibus minime adversantur.*

Quod attinet ad matrimoniales dispensationes, Febronius asserit sacris canonibus adversari, inquit enim: » Concilium Tridentinum vult eas dari raro; in se- » cundo autem gradu non dispensari nisi inter magnos » principes et ob publicam causam. Haec omnia vilipen- » duntur Romae, dispensatur cum quolibet petente, etiam » nulla ei suffragante canonica causa, dummodo non » petat dispensari gratis; » dispensatur eodem modo quotidie in secundo gradu cum plebeiis etiam sine causa privata, ne dicam publica. At rem toti urbi testatissimam dico, inquit Zacharia, dispensationes in secundo gradu

(4) *Gerdil cit. loc.*

tam raro concedi, ut si cum illis quae denegatae sunt, in diesque negantur, comparentur, vix aliqua earum habenda sit ratio; quarum vero gratia facta est, eas non absque adcurata causae cognitione, ac diligenti eminentissimorum fidei quaesitorum, seu sacrae poenitentiariae disquisitione fuisse exoratas (1).

ARTICULUS III.

Num vinculum matrimonii rati justa intercedente causa, Pontificia dispensatione solvi possit.

Vinculum matrimonii rati dissolvi posse ex justa causa dispensatione apostolica, docent Maschat (2), Vincentius de Justis (3), Sanchez (4), Bellarminus (5), Suarez (6), Card. de Luca (7), Pignatellus (8), Perez (9), Wiestner, (10), Fagnanus (11), Barbosa (12), Pirhing, (13), Zoesius (14), Kugler (15), Ursaya (16), Huth (17), Schmier (18), De-

(1) *Zacharia Antifebron. vindicat. part.* 4. *dissert.* 10. *cap.* 5. *n.* 6.
(2) *Maschat lib.* 4. *tit.* 19. *n.* 5. *p.* 162.
(3) *Vincentius de Justis lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 15. *p.* 196.
(4) *Sanchez lib.* 2. *disp.* 14.
(5) *Bellarminus lib.* 2. *cap.* 38. *de Monach.*
(6) *Suarez. tom.* 3. *de relig. lib.* 6. *cap.* 17.
(7) *Card. de Luca de matrimon. disc.* 9.
(8) *Pignatellus t.* 8. *consult.* 105. *et t.* 1. *consult.* 148.
(9) *Perez disp.* 20. *sect.* 7.
(10) *Wiestner de impedim. canon. par.* 2. *art.* 6.
(11) *Fagnanus in cap. ex parte de conversione conjugat. n.* 6. *et* 7.
(12) *Barbosa in cap. ex publico n.* 7. *eod. tit.*
(13) *Pirhing de Sponsal. n.* 142.
(14) *Zoesius de Divortiis n.* 9. *et seq.*
(15) *Kugler q.* 23. *n.* 1692. *p.* 851.
(16) *Ursaya t.* 2. *par.* 1. *discept.* 3. *p.* 20.
(17) *Huth lib.* 4. *tit.* 19. *q.* 4. *p.* 526.
(18) *Schmier lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *sect.* 1. *n.* 14. *p.* 411.

voti (1), Zallinger (2), Engel (3), et Cosci (4), Et sane ita ratiocinatur Schmier. Dum per religiosam professionem ipsummet matrimonium ratum dissolvi potest, potest a fortiori per dispensationem Pontificiam dissolvi, siquidem et ipsa professio religiosa juxta communissimam sententiam per dispensationem apostolicam dissolvitur, ut adeo per argumentum a majori ad minus, matrimonium quoque dissolvi valeat. 2. Summi Pontifices sanctitate perinde ac doctrina summe conspicui, non semel sed saepius in matrimonio rato dispensasse leguntur. Sic dispensavit Gregorius VII. uti testatur Baronius (5). D. Antoninus (6). Pignatellus (7), Vincentius de Justis (8), testantur de Martino V. et Eugenio IV. Navarrus apud Pignatellum, et de Justis, refert Paulum III. et Pium IV. dispensasse. Pignatellus (9), et Kugler (10), testantur dispensatum fuisse a Sixto V. Paulo V. Clemente VIII. et Urbano VIII. Dicere vero, tot tantosque Pontifices in re tam momentosa errasse, aut limites suae potestatis excessisse, christianus homo affirmare non debet (11).

(1) *Devoti inst. can. lib. 2. tit. 2. sect. 11.*
(2) *Zallinger in lib. 4. decretal. tit. de Divortiis* § 201.
(3) *Engel de Sponsa duorum n.* 3. *p.* 323.
(4) *Cosci t.* 1. *p.* 148.
(5) *Baronius in annal. Eccl. ad an.* 1074.
(6) *D. Antoninus* 3. *par. cap.* 21.
(7) *Pignatellus t.* 1. *consult.* 148. *n.* 6.
(8) *Vincentius de Justis lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 17. *p.* 196.
(9) *Pignatellus loc. cit.*
(10) *Kugler q.* 23. *n.* 1692.
(11) *Schmier lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *sect.* 1. *n.* 23. *p.* 411.

Ut Pontifex dispenset in matrimonio rato non desideratur mutuus conjugum consensus, sed existente causa justa potest Pontifex dispensare altero eorum invito. Sanchez lib. 2. *disp.* 15. *n.* 7. *p.* 140. *Et revera nec utrisque tantum conjugibus consentientibus, inquit Cosci, sed etiam si alter ex ipsis dissentiat similes dispensationes conceduntur ut servavit s. Congr. Concilii in Januen. dispensationis* 20. *maii* 1719. *Cosci t.* 1. *p.*

CAPUT VII.

De Papae potestate mittendi Legatos ac Nuncios

Cum Summus Pontifex, ut ait Politi, ad universae Ecclesiae excubias divinitus constitutus cavere debeat, ne ulla totius corporis pars aliquo haeresum, aut schismatum tabo, aliqua corruptelarum lue inficiatur, cumque unus omnibus adesse non possit, opus est legatis, qui in longinquis, remotisque provinciis hasce suas partes expleant, tantique sui muneris sint administri. Habent quidem etiam remotissimae regiones suos episcopos, metropolitanosque, queis haec cura concredita, ac mandata est; verum quid fiet, si hi desides fuerint, si hi ipsi virus afflent perniciemque christianae rei moliantur? Indiget igitur summus Pontifex viris omnium virtutum genere cumulatis, qui non solum Romae in ipsa specula suam adjutricem operam praebeant, verum etiam foris vicarium munus obeant (1).

ARTICULUS I.

Jus apostolicae Sedis mittendi Nuncios extraordinarios

Pius VI. in responsione ad metropolitanos Moguntinum, Trevirensem, Coloniensem, et Salisburgensem super nunciaturis apostolicis, ita loquitur: « Certum atque exploratum, jus apostolicae Sedis mittendi nuncios ad reparan-

149. *In his dispensationibus concedendis solent summi Pontifices super causis in supplici Libello simpliciter, allatis audire prius votum consultivum s. Congregationis Concilii, seu alterius particularis Congregationis ut apparet ex constit. Benedicti XIV. quae incipit* Dei miseratione *Cosci t.* 1. *p.* 149. *n.* 150.

(1) *Politi jurispr. Eccl. univ. t.* 1. *q.* 41. *p.* 41-. *et seq.*

dum malum, quod vel ex episcoporum, archiepiscoporumque socordia, aut malitia, vel ex alia quavis extraordinaria causa fucrit invectum. Usa semper hoc jure est apostolica Sedes tribuens nunciis, sive legatis de Pontificis latere missis peculiares extra ordinem facultates, et in iis etiam locis usa est, in quibus ordinarius nuncius adesset, cujus tamen jurisdictio adventu ipso legati quiescebat omnino.

Illud porro falsum est, et cum manifesto errore conjunctum, quod ad archiepiscopos, et episcopos spectet cognoscere, sit ne locus extraordinarios nuncios legandi ... Quomodo enim sperari unquam posset, futurum ut homines a sua patefacienda infirmitatc satis natura alieni, atque abhorrentes, suos ultro vellent morbos prodere, ac denuntiare, et ab alio auxilium quaercre, qui medicas sibi manus afferret? ... Ad ipsam apostolicam sedem spectat tantummodo de extraordinaria temporum ac rerum necessitate cognoscere ac judicare (1).

ARTICULUS II.

Jus mittendi Nuncios ordinarios ex jure primatus evincitur.

Nihil magis in promptu eruditis est, inquit clariss. Petrus Scavini, quam demonstrare jus illud cum ipsa primatus Pontificii natura et ratione ita conjungi ut separari nullo modo queat. Revera cum Summus Pontifex ubique per se nequeat adesse, liberum potestatis suae in toto orbe Catholico exercitium ei inficietur oportet ille, qui neget eundem partes suas in locis a quibus abest, per

(1) *Pius VI. in responsione ad Metropolitanos Moguntinum, Trevirensem, Coloniensem, et Salisburgensem super nunciaturis apostolicis cap.* 8. *sect.* 5. *s. Basilius epist.* 52. *ad s. Damasum Romanum Pontificem.*

legatos implere posse. Legatorum usus in Republica civili communiter admittitur, quia necessarius omnino existimatur pro negotiorum tum intra, tum extra ditionem expeditione. Cur ergo eamdem ob causam in Christiana non admittetur » (1)?

Sanctae sedis jus mittendi nuncios ordinarios stabili praeditos jurisdictione ex jure primatus evidentissime quoque ostendit Pius VI (2). Consonat clarissimus Gerdil ita scribens: « dice Febronio, ed il dice prima della sua ritrattazione, che il diritto di tener vicarj, legati, nunzj in » tutte le provincie della cristianità è un diritto inerente » al primato in virtù della cura, e *sopraintendenza* che » gli compete su tutte le Chiese: che a tal riguardo non » può il Papa considerarsi come *straniero* in qualsivoglia » parte del mondo cattolico; ed il prova colle autorità di » s. Innocenzo I. e di s. Gregorio Magno, i quali vissero » prima dell'ottavo secolo (3). »

§ I. *Constans Ecclesiae consuetudo ac disciplina idipsum evincit.*

Romanum Pontificem habuisse semper a primis Ecclesiae saeculis ad haec usque tempora in dissitis locis sub variis nominibus varios ecclesiasticos viros, aut ex provinciae episcopis selectos, aut ab urbe missos, qui stabili jurisdictione muniti, *suas illic vices* obirent, Pius VI. erudite ostendit (4).

Nec dissentit Michael Casalis, qui animadvertit suos in universum orbem legatos solam sedem apostolicam non

(1) *Scavini instit. jur. Can. tit. 7. de legatis Pontificiis.*
(2) *Pius VI. cit. loc.*
(3) *Gerdil Confut. di due Libelli contro il breve super soliditate. p. 3. t. 12. edit. Rom. pag.* 476.
(4) *Pius VI. cit. loc. cap.* 8. *sect.* 3.

postremis tantum temporibus, sed primis etiam Ecclesiae saeculis misisse, ad confirmandos praesertim in fide populos, et ad disciplinam restaurandam... Si eas legationes commemorare vellem, inquit laudatus auctor, quae statim post Concilium Sardicense partim ob privatas, partim ob publicas Ecclesiae causas a Romanis Pontificibus varias in regiones missae sunt, dies mihi et sermo ipse deficeret. Sanctus enim Leo Potentium episcopum in Africam legatum misit (1), Constantinopolim Julianum Coensem (2), Zosimus in Mauritaniam Augustinum legavit (3), Liberius primum Vincentium episcopum Capuanum, et Marcellum episcopum Campaniae pro fide catholica, et pro causa Athanasii tuenda, deinde Luciferum Calaritanum, et Eusebium Vercellensem destinavit ad Constantium Imperatorem (4).

Sileo, verba sunt clarissimi Pozzoli, sileo in sexto saeculo Ennodium, ad Anastasium Augustum mitti ut oecumenico praesideret Concilio, Epiphanium patriarcham electum ab Hormisda vicarium, ut missos ab Hormisda legatos ad reconciliandas Orientis Ecclesias. Sileo in quinto legatos in Orientem universum missos, in causa Joannis Chrysostomi. Sileo Julianum missum ad fidem ep. servandam, et Anatolium ex Leone inspiciendum (5).

(1) *Epist.* 87.
(2) *Epist.* 56.
(3) *Epist.* 157.
(4) *Michael Casalis vindic. jur. Eccl. animadv. lib.* 2. *dissert.* 1.
(5) *Pozzolus de jurisdict. Papae in Eccles. lib.* 3. *part.* 3. *cap.* 4.

II. *Jus mittendi Nuncios et Legatos Conciliorum auctoritate adstruitur.*

Nullus est, inquit Pozzolus, in secundo Concilio Romani Pontificis legatus, et tamen adhuc elucet potestas, quippe Paulinum episcopum a Papae legato ordinatum, et Gregorius agnovit episcopum, et toti Concilio proposuit.

Secundo tertium accedit Concilium in causa Patriarchae Nestorii, ubi ante Concilium ipsum, Cyrillus eligitur legatus, ubi Coelestinus Cyrillo tribuit suae sedis auctoritatem, et locum, et potestatem, ut Ecclesiae illi provideat, et sententiam severissime exequatur, quod et Concilium universum in depositione Nestorii commendat.

Quot vero in quarto Concilio Papalis legationis exempla? Praesederat in Ephesina Synodo ab initio oecumenica et legitima, Theodosii junioris mandato, Dioscorus episcopus Alexandrinus, et tamen in vestibulo Concilii, apostolici legati protestantur: « Dioscorus cum judicandi personam non haberet, praesumpsit, et Synodum ausus est facere, quod nunquam licuit, nunquam factum est » et Dioscorus inter reos stat, non inter judices sedet. Nobilissima et illa potestas est qua Dioscorum legati condemnant, et totum agnoscit Concilium (1).

Sed audiamus Pium VI. jus stabilium Nunciaturarum auctoritate Conciliorum comprobantem: » Percurrite Synodos omnes quotquot a christiana religione condita habitae sunt, et plures vobis canones occurrent, qui Pontificias Legationes agnoscunt ac reverentur; alii qui legatorum jura commendant; alii denique qui legationum, legatorumque facultates arctioribus quibusdam vinculis coer-

(1) *Pozzolus de jurisdict. Papae in Eccl. lib.* 3. *part.* 3. *cap.* 4.

cent, ut legationes ipsae a quacumque vitii suspicione liberentur, utque principibus, episcopis ac populis gratiores reddantur (1).

§ III. *Jus stabilium Nunciaturarum, exemplis Imperatorum, et Imperii confirmatur.*

« Affirmamus, inquit Pius VI, adeo Imperatores imperiumque abfuisse a prohibenda aut intercipienda vicariorum, legatorum, nunciorumque jurisdictione, ut imo illam juvandam, confovendamque putaverint. Silentio hic praetermittimus Theodosianum rescriptum alterius rescripti abrogatorium, iteratas Justiniani petitiones, Friderici I. declarationem, tot denique aliorum imperii procerum, reliquarumque catholicarum ditionum principum postulationes tam saepe instauratas non alio consilio, nisi ut sibi habere licuisset vel stabilem vicarium, vel legatum natum, vel perpetuum nuncium juxta morem aut prima, aut secunda, aut tertia temporis epocha in Ecclesia receptum... Tot imperatores et principes neque expostulassent unquam, neque unquam apud se detinuissent vicarios, legatos et nuncios stabili jurisdictione pollentes, si eorum fixam Sedem, ac stabile domicilium putassent (ut minutuli quidam scriptores calumniantur) esse artificiosam Romanae Aulae novitatem ad suam potentiam amplificandam.

Hinc argumenti satis est (more suo copiose, nervoseque disserit Thomassinus) ut existimemus « si quando olim vicariatus apostolicos voluerint Romani Pontifices esse perpetuos, quod genus fuere, qui concessi quondam sunt Thessalonicae, Justinianae, Arelati, Hispali, Toleto,

(1) *Pius VI. cit. loc. sect. 6.*

Moguntiaeque uni Ecclesiarum utilitati eos inservisse. Nec Justinianus imperator pervicisset, hujusmodi apostolica delegatione illustrari suam novam Justinianam, nec Cindesiuntes Toletum, nec Francorum Reges Arelatem, nec Gothi Longobardique Reges Aquilejam, nec Moguntinam Carolomannus et Pipinus vix multis precibus exorassent ornari ejusdem dignitatis splendore, si vel in mentem eis venire potuisset, novas has esse artes et inusitatas machinas propagandae dominationis Romanorum Pontificum, et novo servitutis jugo opprimendae antiquissimae libertatis Ecclesiasticae in suis regnis. Sensere igitur illi longe aliter novum scilicet hinc Ecclesiis suis splendorem accedere, qui et in ipsum etiam regnum refunderetur, libertatemque et antistitum et Ecclesiarum eo majorem fore ac firmiorem, quod apud sese, idest ab Exarcho proprio, sive primate, causae quaeque majores finirentur (1).

§ IV. *Idem evincitur ex celebrioribus jureconsultis Protestantibus.*

Cum exemplis imperatorum ac principum congruunt celebriores jureconsulti protestantes, inter quos Georgius Ludovicus Boehmerus, Henningii Boehmeri filius (2), et qui protestantium sententiis adhaerent, Pehem canonum professor (3), et Le Plat antecessor Lovaniensis (4).

(1) *Lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 7. *et* 8. *Pius VI. respons. ad Metropolitanos Moguntinum, Trevirensem, Coloniensem. et Salisburgensem super nunciaturis apostolicis sect.* 9.

(2) *Princip. jur. canon. publ.*

(3) *Praelect. in jus Eccles. part.* 1. § 446.

(4) *Le Plat Antecessor Lovaniensis sermone habito in universitate Moguntina qui refertur in Diariis menstruis Moguntinis mense augusto an.* 1788. *pag.* 645. *vid. Pium VI. respons. ad Metropolitanos Moguntinum, Trevirensem, Coloniensem et Salisburgensem super nunciaturis apostolicis, cit. loc.*

§ V. *Romani Pontificis jus mittendi legatos ex Isidori decretalibus minime ortum ducit.*

Risum profecto movent, ut loquitur clariss. Petrus Scavini, qui hoc in romano Pontifice jus dicunt a falsis Isidori decretalibus exortum ... Legatos misit Zosimus Papa ad episcopos Africae pro tuendis appellationibus ad Sedem Apostolicam: legatos misit Liberius ad Constantium Imperatorem pro cogenda Synodo Aquileensi contra Arianos: legatos misit Sylvester ad Synodum Nicaenam: legatos misit s. Leo M. in Orientem, ut in urbe Imperatoria degentes prospicerent, ne haereses Nestoriana, et Eutichiana in Ephesino et Chalcedonensi Conciliis praefocatae, reviviscerent, et Pontificem Maximum de Ecclesiarum Orientalium statu creberrimis relationibus admonerent. Quis autem dixerit hos omnes, qui longe ante Isidorum, tum doctrinae laude, tum vitae sanctitate floruerunt, falsis ejusdem mercibus in errorem fuisse deductos » (1)?

§ VI. *Claudius Fleury refutatur statuens Papae legatorum praesentiam Conciliis Provincialibus, seculo undecimo novitatem fuisse quae introduci incipiebat.*

Claudius Fleury de saeculo undecimo ac praesertim de anno 1074 sermonem habens, ita scribit: « La presenza » de' legati del Papa ne' Concilj provinciali era una no- » vità che cominciava a introdursi: » Sed audiamus doctissimum Marchetti, qui ut citatum scriptorem refellat, haec animadvertit. « Fin dall'anno 314 fu tenuto nella » causa de' Donatisti un Concilio provinciale, o come il » Pagi lo chiama patriarcale nella causa degli Ariani; e

(1) *Scavini instit. jur. can. tit. 7. de legatis Pontificiis.*

» ad esso presiedè il Pontefice s. Silvestro (siccome rilevò
» da antichi fragmenti Balduino) per mezzo de' suoi le-
» gati, i quali nomina da un antico catalogo il cardinale
» Baronio al numero di quattro, Claudio cioè e Vito
» (presso il Cabassuzio, Claudiano, ed Avito) preti; Eu-
» genio e Ciriaco diaconi... Nella causa di s. Atanasio e
» degli Ariani, egli è certo, che molti furono i legati
» mandati in Oriente da' Romani Pontefici, e tutto ciò
» nel secolo IV. In tal qualità di legato mostra Baronio
» stesso che fu in Oriente il celebre Osio vescovo di Cor-
» dova: come tale presiedè al Concilio Alessandrino pro-
» vinciale dell'anno 319. Quanto al Niceno, ne attesta la
» qualità di legato in Osio lo stesso Fleury. »

« Noi abbiamo una lettera di s. Liborio, posta nell'ap-
» pendice alle opere di Lucifero Calaritano, con cui vien
» destinato legato apostolico esso Lucifero, Pancrazio pre-
» te, ed Ilario diacono, per adunare un Concilio nella
» causa di s. Atanasio, e vi si fa menzione di altri legati
» da Roma diretti nel precedente anno 353, che furono
» i vescovi Vincenzo e Marcello, per trattare la convo-
» cazione di un Sinodo in Aquileja. Anzi gli stessi ere-
» tici persecutori di s. Atanasio, formando sotto la pro-
» tezione dell'imperatore Costanzo un conciliabolo a Mi-
» lano, volendo dar colore di regolarità al loro complotto,
» costrinsero Lucifero ed i suoi compagni legati ad inter-
» venirvi con Eusebio santo vescovo di Vercelli. Tutti
» questi furon legati di Roma nel secolo IV. Aggiugnete
» che il Concilio di Sardica, che lo stesso attaccatissimo
» apologista di Fleury, chiaramente attesta niun nuovo
» diritto avere al Papa accordato, ma dichiarato unica-
» mente, e spiegato quel che già avea, il Concilio di Sar-
» dica, parlando fin dall'anno 347 de' Concilj provinciali
» da tenersi nelle cause de' vescovi, così s'esprime: « Quod

» si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut de latere suo presbyterum mittat; et si decreverit mittendos esse, qui praesentes cum episcopis judicent, habentes ejus auctoritatem, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. »

« Lo stesso Fleury ne rapporta che un Concilio Affricano nell'anno 645 scrisse al Pontefice Teodoro di spedir legati a Costantinopoli, per far ritornare a se stesso Paolo Monotelita, o persistendo egli nell'errore, prender il temperamento di scomunicarlo. Così nell'anno 876 a' 21 di giugno, siccome abbiamo dal continuatore di Aimonio Leone vescovo di Gubbio, nipote di Giovanni VIII., e Pietro vescovo di Fossombrone presiederono in qualità di legati al celebre Concilio di Pontigny, ove fu rigettata la domanda di Frotario, che volea traslatarsi alla Chiesa di Bourges. Sentite Fleury medesimo che riporta una lettera de' vescovi della Dardania al Pontefice s. Gelasio, nella quale pregano il Papa a mandar loro alcuno de' suoi, in presenza del quale potessero essi regolare ciò che concerne la fede cattolica. E diffatti il Papa mandò loro un vescovo nominato Ursicino: queste son parole del signor Fleury ... Tiriamone a conseguenza, che i Romani successori del primato apostolico hanno sempre avuto diritto di mandar legati a' Concilj delle provincie; che questi in vigore della loro rappresentanza, *habentes auctoritatem ejus, a quo missi sunt*, doveano per ogni buona ragione avere in tali Concilj la prima Sedia, il posto più decoroso e più degno, e ciò a necessaria conseguenza del primato d'onore, che al Papa non niegano neppure i protestanti... Che essi legati nelle occorrenti determinazioni, negli affari che trattar doveansi in queste sacre assemblee, doveano avervi le prime parti, aversi

» il loro suffragio nel primo conto, e ciò a conseguenza » necessaria del primato di giurisdizione, che al Papa non » niega alcun cattolico. Questi mi sembrano principj chiari » abbastanza; ed anche i men pratici sanno, che in o- » gnuno, che le altrui veci legalmente sostenga, non le » sue personali, ma le qualità si attendon di quello cui » rappresenta. Di tal diritto che al Romano Pontefice si » appartiene, non per altra ragione dicea cinque secoli » prima d'Isidoro Sozomeno che quella, *quoniam propter* » *Sedis dignitatem omnium cura ad ipsum pertinebat*; e » Socrate: *Quae est Romanae Sedis praerogativa.* Di tal » diritto di mandar legati per tutta la cattolica Chiesa se » ne servirono di fatto i Papi in tutti i tempi, e prima » e dopo le decretali. Il mandar legati a trattare affari ec- » clesiastici in tutta la Chiesa, quando ve n'è mestiere, » si appartiene all'uffizio di pascere, reggere e governare » la Chiesa stessa; ed egli è non già un sentimento sco- » lastico, ma un articolo di fede divina, che il Papa ha » ed ha avuto in tutti i tempi la piena potestà di pascere, » reggere e governare la cattolica Chiesa; e che tal piena » potestà gli è stata data da Cristo Signore. È ciò fuor di » questione quanto alla sostanza. Quanto poi al modo di » usare questa incontrovertibile potestà, ed il mandar » quando più, quando meno frequenti tali legati, vi sono » le savie leggi della prudenza che danno una giusta pram- » matica; ma ci vuol poco a capire che il buon senso me- » desimo richiede maggior frequenza di legati quando n'è » maggiore, secondo i tempi, il bisogno (1). »

(1) *Marchetti critica della storia Ecclesiastica di Fleury art.* 1. § 3. *t.* 1.

§ VII. *Solvitur objectum ex eo depromptum quod extraneus episcopus juxta SS. Canones se in aliorum Diaecesium negotia ingerere nequeat.*

Nec officit sacris canonibus prohibitum esse extraneis episcopis in negotia aliarum Dioecesium se ingerere; nam ut respondet Pius VI. « Nonnisi per summam injuriam dici extraneus potest is quem apostolica Sedes delegavit, quique ejus vices obit, utpotequae supra omnes episcoporum catholicorum Dioeceses habet jus ordinariae potestatis, et cap. 9. » Constitutio Tridentini clara est quoad episcopos omnes, ita ut nequeat alter Pontificalia in alterius Dioecesi exercere, nisi impetrata prius ab ordinario venia. Sed constitutio hujusmodi ad solos coercita episcopos, nil commune habet cum Pontifice et Pontificiis legatis, qui illius vices funguntur. Ad Pontificem enim quod attinet, nulla Dioecesis est aliena. Sicut autem liceret Pontifici, quocumque locorum accederet, sine venia ordinarii pro libitu Pontificalia exercere, ita eodem jure decorari possunt apostolici nuntii, non ut meri episcopi aut archiepiscopi, sed tanquam apostolicae Sedis delegati (1). »

(1) *Pius VI. in respons. ad Metropolitan. etc. sup. nunciaturis apostolicis cap. 7. et 9. vid. Zallinger de officio legati.*

CAPUT VIII.

De Romani Pontificis circa Concilia potestate.

ARTICULUS I.

Papae jus indicendi Concilia Generalia.

Catholici tenent, inquit doctissimus Biner, jus indicendi Concilia generalia spectare ad summum Pontificem; sufficere tamen, si alius indicat cum ejus consensu, vel approbatione, vel subsequente confirmatione, alioquin non esse legitimum Concilium, sed Conciliabulum: nam Christus Petrum jussit oves suas pascere; pastoris autem est oves congregare, non autem ovium congregare pastores.

In Concilio Chalcedonensi (1) Dioscoro Patriarchae Alexandrino prohibitum fuit sedere inter episcopos, eo quod synodum (nempe Ephesinam secundam) facere ausus esset sine auctoritate apostolicae Sedis. « Quod (inquit) nunquam licuit, nunquam factum est. »

In Concilio Lateranensi generali sub Leone X. asseritur Romani Pontificis esse Concilia generalia indicere. « Cum Romanum Pontificem pro tempore existentem tam » Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dis» solvendorum plenum jus et potestatem habere, nedum » ex sacrae scripturae testimonio, dictis ss. Patrum, ac » Romanorum Pontificum, sacrorumque canonum decre» tis, sed prope etiam eorumdem Conciliorum definitione » manifeste constet etc. (2). »

(1) *Concil. Chalcedon. act. 1. Biner de jure Synodali in genere part.* 3. *cap.* 1. *q.* 2.

(2) *Concil. Lateranense V. sess. XI. apud Labbè t.* 19. *Concil. edit. Venet. col.* 967.

Hinc D. Thomas ita scribit: « Ad solam auctoritatem » Summi Pontificis pertinet nova editio Symboli, sicut » et omnia alia, quae pertinent ad totam Ecclesiam, ut » congregare Synodum generalem (1). »

Hac de re audire etiam praestat clarissimum Bolgenium ita scribentem: « Il convocare tutti i vescovi a ge» neral Concilio è un atto di giurisdizione; or chi è nella » Chiesa che abbia giurisdizione sopra tutti i vescovi, se » non il Papa? Il corpo tutto episcopale, compresovi il » Papa, ha parimente giurisdizione sopra tutti i vescovi » isolatamente considerati; ma ognuno facilmente resterà » persuaso, che il corpo tutto episcopale, il quale convo» chi a Concilio generale i vescovi, è una idea molto » straordinaria, e che involge seco stessa non so quale stra» nezza. L'unica maniera, onde possa concepirsi quest'atto » di giurisdizione esercitato da tutto il corpo episcopale, » è quando un generale Concilio stabilisca che se ne » tenga un altro dentro un determinato tempo; ovvero » che sospenda la tenuta dell'attuale Concilio per ripi» gliarla a tempo, e in luogo più opportuno, come suc» cesse nel Concilio di Trento. Ma anche in questi casi » dee sempre intervenire la potestà del Papa legittimo,

(1) *D. Thomas 2. 2. q. 1. art. 10.*
Vid. Natalem Alexandrum hist. Eccl. sec. 4. dissert. XI. Mansi not. ad dissert. XI. hist. Eccl. sec. 4. Natal. Alexand. vid. Auctorem oper. cui tit. de l'autorité des deux Puissances t. 2. chapitre 2. art. 6. vid. Bellarminum de Conciliis lib. 1. cap. 12. Argiro disceptat. Eccl. discept. 19. vid. Auctorem operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas nota ad § 2. cap. 6. t. 3. vid. Migliorucci instit. jur. canon. lib. 1. tit. 3. Devoti instit. canonic. prolegom. cap. 3. § 38. vid. Carol. Gagliardum instit. jur. canon. lib. 1. tit. 6. cap. 1. n. 6. vid. Jacobatium de Conciliis lib. 3. Duvalium de Concil. q. 2. vid. Angelum Petricca de Summo Pontifice una cum Ecclesia in Conciliis congregata lib. 3. disp. 2. vid. t. 3. biblioth. Maxim. Pontif. de Roccaberti.

» certo e vivente, senza del quale non può mai concepirsi il corpo episcopale avente sovrana potestà nella Chiesa. »

« Il Bossuet nella storia delle variazioni (1) cita il Luterano Melantone, che con espresse parole confessa, avere il Papa il dritto di convocare i Concilj generali, indi il dotto Prelato soggiunge: Egli (Melantone) aveva ragione di dire, che apparteneva al Papa di convocare il Concilio; poichè chi altro mai potrebbe convocarlo (2)? »

Idipsum evincit vel ipse Gersonius: « Habet Papa dominium superioritatis a Christo supra totam Ecclesiam, cum plenitudine potestatis in eis quae spirituale regimen Ecclesiae proprie dictum respiciunt; de hac potestate sunt, jus convocandi Concilia universalia etc. (3). »

Audiatur hac de re etiam Launoyus: « Generalia Concilia, quae ante Florentinum habita sunt cum Romae, tum in Gallia, Lugduni et Viennae, tum in Germania, Constantiae, Basileae, quod Romani Pontificis auctoritate indicta et convocata fuerint, dubitari merito nequit (4). »

Ceterum coadunatio gregis universalis, inquit auctor operis cui titulus Italus ad Febronium, spectat ne ad pastorem, vel non? Jus pastoris in quonam consistit, si facultatem congregandi, segregandique gregem suum non habet? Porro Ecclesia est grex Christi pastorali Romani Pontificis curae commissus; quomodo igitur ei facultatem non contulit coadunandi gregem cum id opportunum, vel

(1) *Lib.* 5. *n.* 25.
(2) *Bolgeni fatti dommatici tom.* 3. *n.* 536.
(3) *Gersonius lib. de Vit. spirituali animae lect.* 3.
(4) *Launojus epist. ad Raymundum Formentinum vid. Auctorem operis cui tit. Italus ad Febronium t.* 1. *p.* 244.

necessarium dijudicaverit? Quomodo rationem reddere tenebitur pastorum principi de singulis ovibus, si in unum eas cogere nequit, ut eis per pastores subalternos provideat, et pabula salutis suppeditet, et curet aegrotas, et recuperet periclitantes, evocetque dispersas (1)?

« Il est clair, inquit Bergier, que de droit divin, le
» souverain Pontife doit pourvoir aux besoins de l'Eglise
» universelle.. Jésus-Christ en a imposé l'obligation à
» saint Pierre et à ses successeurs, lorsqu'il leur a dit:
» Paissez mes agneaux et mes brebis. Si c'est pour eux
» une obligation divine, c'est donc aussi un droit divin :
» il seroit absurde qu'ils n'eussent pas le droit de faire
» ce que Jésus-Christ leur a commandé: s'ils n'avoient pas
» le droit de convoquer les Conciles généraux, qui l'auroit
» par préférence (2)? »

Sed doctissimi Bianchi verba hac de re in medium afferamus: « Dell'antichissima regola, che prescriveva non potersi adunare i Concilj, nè esser lecito alcuna cosa importante determinare in essi senza il giudizio e l'autorità del Romano Pontefice, ce ne rende amplissima testimonianza la celebre indubitatissima lettera di s. Giulio I. ai vescovi Orientali, e riferita da s. Atanasio nella seconda sua apologia. In questa lettera riprendendo quel Santo Pontefice i vescovi Orientali della fazione Eusebiana, perchè si erano assembrati in un Sinodo generale tenuto in Antiochia, ed aveano confermate in esso l'empie deliberazioni del Conciliabolo di Tiro contro sant'Atanasio, e deposto nuovamente questo santissimo Prelato dal trono Patriarcale d'Antiochia senza partecipazione della Sede apostolica, tra le altre cose: *Forse non sapete*, e' dice, *esser*

(1) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium tom. 1. epist. 14. respons. 1.*

(2) *Bergier dictionnaire de théologie tom. 2.*

questa la consuetudine, che prima si scriva a noi, e di qui si definisca quello che è giusto (1)?

Ma ciò che s. Giulio I. chiama consuetudine, da Socrate fu detto ecclesiastico canone: imperocchè parlando di questi rimproveri fatti da quel santo Pontefice agli Orientali, scrive, che ei si lamenta grandemente di loro, posciachè senza sua partecipazione aveàno celebrato il Concilio, *comandando la regola ecclesiastica, che le Chiese niente decretino senza la sentenza del Romano Pontefice* (2). Sozomeno poi chiama *legge sacerdotale e Pontificia* quella che Socrate appella ecclesiastica allegata da Giulio I. (3). Finalmente Epifanio Scolastico, parlando di questo Sinodo Antiocheno celebrato dagli Orientali, dice, che fu nullo, sì perchè non v'intervenne nè per sè, nè per i suoi legati il Romano Pontefice Giulio I., sì ancora perchè vietava l'ecclesiastica regola, che si celebrassero Concilj senza la sentenza del Romano Pontefice (4).

Verum equidem est Imperatores non raro in convocandis Conciliis generalibus suam junxisse operam; semper tamen, ut animadvertunt Biner, Carolus Gagliardus et Bianchi, simul intervenit auctoritas Romani Pontificis, aut consentientis, aut approbantis, aut confirmantis (5).

(1) *S. Julius* 1. *epist.* 1. *ad Oriental.*
(2) *Socrat. hist. Eccl. lib.* 2. *cap.* 17.
(3) *Sozom. hist. Eccl. lib.* 3. *cap.* 10.
(4) *Epiphan. scholast. hist. tripart. lib.* 4. *cap.* 9. *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 2. *cap.* 3. § 8. *n.* 2. *tom.* 4. *edit. rom.* 1746. *pag.* 603. *et seq.*
(5) *Biner de jure Synodali in genere part.* 3. *cap.* 1. *q.* 2. *Carol. Gagliardus instit. jur. canonic. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 1. *n.* 7. *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 2. *cap.* 3. § 9. *t.* 4. *n.* 1.
Laurentius Berti agens de Nicaenae Synodi convocatione ostendit Constantinum Synodum coadunasse, accedente assensu et auctoritate

ARTICULUS II.

De R. Pontificis jure Conciliis generalibus praesidendi.

Catholici omnes, quemadmodum scribit Bellarminus, id munus proprium esse docent Summi Pontificis, ut per se, vel per legatos synodo praesideat, et tanquam supremus Judex omnia moderetur. Summus Pontifex est pastor et pater Ecclesiae universae: Concilia vocant Pontificem patrem, et ipse vocat episcopos in Conciliis congregatos aliquando filios, ut patet ex Theodoreto (1); ubi Damasus respondens episcopis Concilii secundi generalis sic incipit: « Quod apostolicae Sedi debitam reverentiam exhibetis, vobis ipsis magno honori est, filii honoratissimi. » (Item ex epistola Concilii Antiocheni ad Julium, quae sic incipit: « Domino beatissimo et honorabili Patri Julio): » At quis, quaeso, ambigere potest utrum patres filiis, et pastores ovibus praesidere debeant, an filii patribus, et oves pastoribus ?

Idipsum probatur ex Concilio apostolico (2), in quo Petrum praesedisse affirmat Hieronymus (3), et idem ex eo colligitur quod Petrus primus surgit, primus loquitur, primus quaestionem definit, et omnes, ut Hieronymus dixit, sententiam ejus sequuntur (4).

Neque aliud unquam in Conciliis generalibus usu ipso est observatum, ut docet Biner. Nam quod Romanus Pontifex ultimis decem conciliis, quae in occidente sunt ha-

Sylvestri, vel datis ad illum apostolicis litteris, vel Osio annuente apostolicae Sedis legato. Berti dissert. hist. dissert. 1. cap. 17.

(1) *Theodoret. lib. 5. hist. cap. 10.*

(2) *Act. 15.*

(3) *Hieronym. in ep. ad Augustin.*

(4) *Bellarminus de Concil. lib. 1. cap. 19.*

bita, praefuerit, neque Protestantes diffitentur. Quod autem etiam in octo Orientalibus id factum sit, evincunt cit. Biner et Bellarminus (1).

Hinc clarissimus Bergier merito scribit: « Toutes les » fois que le Souverain Pontife a assisté à un Concile, per» sonne ne lui a contesté le droit d'y présider (2). »

« Circa il diritto di presedere ai generali Concilj, in» quit Bolgeni, non è contrastato neppure dai nostri av» versarj. Il sig. Tamburini nella Vera Idea della S. Sede » (3) così parla: « Ella è cosa evidente, che il primo po» sto nei Sinodi è dovuto al primo pastore, al capo della » Chiesa, al vescovo della prima Sede del mondo. Egli » ha dunque in vigore della sua primazia il diritto di pre» sedere ai Concilj ecumenici o per se stesso, se vi si » trova in persona, o per mezzo de' suoi legati, dovun» que si trovi radunato il Concilio. » Ma questa presi» denza, subdit Bolgeni, non deve già coartarsi, come » sembra che facciano i nostri avversarj, ad una mera » onorificenza di sedere nel primo luogo, di essere il primo » a parlare, e a dare il suo voto ecc., debb'essere una pre» sidenza di regolamento e di autorità (4). »

(1) *Biner de jure Synodali in genere part.* 3. *cap.* 1. *Bellarmin. cit. loc.*

(2) *Bergier dictionnaire de théologie tom.* 2.

(3) *Par.* 2. *cap.* 3. § 17.

(4) *Bolgeni fatti dommatici tom.* 3. *n.* 536. *vid. Angelum Petricca de S. Pontifice una cum Ecclesia in Conciliis congregata lib.* 3. *disp.* 5. *vid. Andream Duvalium de Conciliis q.* 4. *vid. t.* 3. *biblioth. Maxim Pontif. de Roccaberti.*

Vid. Auctorem operis cui tit. de l'autorité des deux Puissances s. 2. *chapitre* 2. *art.* 6. *Devoti instit. canon. t.* 1. *prolegom. cap.* 3. § 38.

§ I. *Solvitur objectum ex eo depromptum quod Imperatores interdum dicti fuerint Conciliorum Praesides.*

Neque facessit, inquit Antonius Gardini episcopus Cremensis, quod Imperatores Conciliorum praesides dicti quandoque fuerint. Tali quippe cohonestati titulo fuere, vel quia Sedem in Concilio digniorem, faventibus caeteroquin episcopis, occuparunt, vel quia exteriorem quandam praescripserunt methodi rationem, qua omnis exularet tumultus et formido, vel quia jusserunt, ut emissa a Concilii Patribus decreta accepta essent et observata. Nihil ex prisco Ecclesiae usu tam certum exploratumque, quam Romanos antistites nisi per se, saltem per suos legatos generalibus conciliis praefuisse semper. Et vero Ephesinum II. cur e legitimorum Conciliorum numero sejungitur, execraturque ceu latrocinium, nisi quod missos ab apostolica Sede legatos excipere noluerit, eamque praesidis dignitatem sibi arrogaverit Dioscorus (1)?

ARTICULUS III.

De R. Pontificis jure confirmandi Concilia generalia.

Concilia oecumenica, verba sunt Zalingeri, Concilia oecumenica, et quae ab iis definita, et judicata, et sancita sunt, ut vim habeant, necessario confirmari debent a Sede apostolica (2). Quapropter in quarto generali Concilio,

(1) *Gardini t. 1. cap. 5. de Conciliis.*

(2) *Zallinger instit. jur. Eccl. publ. et priv. lib. subsid. cap. 7. n. 108. t. 2. vid. Devoti inst. canonic. t. 1. proleg. cap. 3. § 38. vid. Andream Duvalium de Conciliis q. 5. t. 3. biblioth. Maxim. Pontif. de Roccaberti vid. Carolum Gagliardum instit. jur. canon. lib. 1. tit. 12. n. 14. t. 1. Auctorem oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis ad-*

scribunt pro confirmatione Patres in epistola ad Leonem ipsum: « Rogamus tuis decretis, nostrum honora judi-
» cium (1). »

Hinc Gerdil, agens de Synodis, ita scribit: « Tantum abest ut auctoritatis quidquam ex eis in apostolicam Sedem confluere valeat, quin potius vim illae suam, ac robur ab apostolica Sede repetant, et quaecumque ab eis statuta sint, nusquam vim legis in Ecclesia obtinuerint, quousque apostolicae Sedis accedente approbatione, vel consensu firmitatem acceperint. Qua de re illustrior est, quam ut praeteriri debeat Socratis auctoritas (2), quippe loquens de nefaria Synodo, quam Eusebiani Antiochiae adversus Athanasium coegerant, hanc ex eo etiam capite reprobandam fuisse declarat, quod ei apostolicae Sedis auctoritas defuisset. Sed neque, inquit, Julius interfuit Romanae urbis episcopus, nec quemquam eo misit, qui locum suum impleret, cum tamen Ecclesiastica regula vetet, ne absque consensu Romani Pontificis quidquam in Ecclesia decernatur. »

Audiatur etiam Sozomenus: « Animadvertens Julius,
» Athanasium non posse tuto in Aegypto degere, eum
» quidem ad se evocavit: ad episcopos vero, qui Antio-
» chiae convenerant litteras scripsit, quibus eos accusa-
» bat, quod Nicaeni Concilii fidem clanculo innovarent,
» et quod ipsum praeter Ecclesiae leges simul ad Syno-
» dum non vocassent. Legem enim esse Pontificiam, ut
» pro irritis habeantur, quae praeter sententiam episcopi

versus neotericos theologos et canonistas t. 3, nota ad § 5. cap. 6. vid. Auctorem operis cui tit. de l'autorité des deux Puissances t. 2. chap. 2. art 6.

(1) *Pozzolus lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 3.

(2) *Lib.* 2. *c.* 8.

» Romani fuerint gesta (1). » Quare jure meritoque Gelasius ajebat: « Prima Sedes unamquamque Synodum sua » auctoritate confirmat (2). »

Jus B. Pontificis confirmandi Concilia generalia ex Bolgenio quoque luculentissime evincitur: « Quanto al » diritto di confermare i Concilj generali, inquit Bolgeni, » non si potrà mai dire che si senta la voce della Chiesa » universale di G. C. se non quando unitamente ai ve» scovi in quantosivoglia gran numero adunati, o disper» si, parlerà il successore di s. Pietro. Sentasi come parla » il gran Bossuet nelle sue osservazioni contro la biblio» teca del Dupin (3), dove si tratta della conferma del » Papa al Concilio Ecumenico Efesino. Senza ciò il Con» cilio sarebbe stato privo di una cosa assolutamente ne» cessaria, qual era l'autorità della s. Sede, e non avreb» be avuto il Papa nella sua unità: il che niuno negherà » essere sempre stato un punto essenziale della regola, e » riputato fondamentale in queste occasioni » (4).

Bolgenio consonat clarissimus Muzzarelli cujus haec sunt verba: Haberi non poterit pro legitimo Concilio oecumenico *exitu* seu *eventu* concilium illud, cujus definitionibus non accesserit consensus vel confirmatio Romani Pontificis. Quomodo enim constabit esse judicium Ecclesiae universalis illud, cui desit consensus, et approbatio capitis ejusdem Ecclesiae?

Depositum doctrinae Ecclesiasticae debet inveniri apud sanctam Sedem praecipue, et apud corpus episcopale,

(1) *Sozomen. lib.* 3. *cap.* 10.

(2) *Gelasius ad episcopos Dardaniae Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure t. XI. edit. Rom. p.* 288. *et seq.*

(3) *Osserv.* 8. *cap.* 1.

(4) *Bolgeni fatti dommatici tom.* 3. *n.* 536. *vid. Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 2. *cap.* 3. § 11. *n.* 1. *tom.* 4.

unitum suo capiti; ergo si in Conciliis oecumenicis praescindatur a confirmatione, et consensu praecipuo s. Sedis, non invenietur in illis depositum doctrinae ecclesiasticae. Deerit enim Conciliis illud quod est praecipuum; deerit unio corporis episcopalis cum capite, in qua unice invenitur depositum fidei; ergo ad soliditatem, firmitatem, vim et certitudinem doctrinae propositae ad credendum in Conciliis oecumenicis necessaria est confirmatio sanctae Sedis per quam manifestetur unio corporis episcopalis cum capite (1).

Praedictum R. Pontificis jus concilia generalia confirmandi altero rursus Bolgenii testimonio evidentissime confirmatur. En laudati auctoris verba: « Tuttociò che » stabilivasi intorno alla disciplina generale della Chiesa » dal corpo episcopale legittimamente adunato a general » Concilio, stabilivasi necessariamente coll'assenso, appro- » vazione, e conferma del Papa. Abbiamo prove di fatto » dell'influsso dell' autorità del Papa nelle cose stabilite » dai Concilj generali. Il primo di essi, il Niceno, fu te- » nuto sotto la presidenza dei legati di s. Silvestro Papa, » Osio vescovo, Vito, e Vincenzo preti ... I Padri stessi » di quel Concilio chiesero a s. Silvestro la conferma di » tutto ciò che si era definito sopra la fede, e stabilito » sopra la disciplina.

» Prima del Niceno si tenne l' anno 314 in Arles un » numeroso Concilio, al quale il Papa s. Silvestro mandò » quattro legati, che vi presedessero in suo nome; il me- » desimo Concilio poi mandò al Papa tutti gli atti, e i » canoni fatti. Il Concilio Costantinopolitano dell' anno » 482 si adunò per intimazione fattane da s. Damaso

(1) *Muzzarelli de auctoritate Rom. Pontif. etc. tom. 1. proem. pag. 51. et 75.*

» Papa: lo attestano i Padri del medesimo Concilio nella » epistola Sinodale al medesimo Papa. Questi Padri spe» dirono tre del loro ceto al Papa per informarlo della » fede professata da loro, e della disciplina stabilita, e » per chiederne la sua approvazione.

» Il general Concilio Efesino afferma positivamente la » necessità, in cui è un Concilio, di informare di tutto il » Papa. I seicento e più vescovi del Concilio Calcedonese » ci spiegano poi chiarissimamente donde nasca la ne» cessità di riferir tutto al Papa, e ci dicono, affinchè il » Papa col suo consenso dia ferma, e stabile autorità alle » determinazioni del Concilio. Di fatto non ebbe fer» mezza, e valore nella Chiesa il canone 28 dello stesso » Concilio Calcedonese, appunto perchè fu disapprovato, » e contradetto dal Pontefice s. Leone; e per lo stesso » motivo non ebbero fermezza i canoni del Concilio ecu» menico II. ma soltanto la decisione di fede fatta contro » Macedonio, come attestano s. Leone, e s. Gregorio (1).

CAPUT IX.

De Papae potestate circa beneficiorum collationem.

Romanum Pontificem de jure communi amplissima donari potestate omnia beneficia Ecclesiastica per totum orbem conferendi evidentissime sacri canones ostendunt: Nam in decretali Clementis III. alias 4 dicitur: « Licet » Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumque be» neficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Ro» manum noscatur Pontificem pertinere etc. » (2) Et

(1) *Bolgeni l'episcopato capo 7. n.* 86.
(2) *Cap.* 2. *de praebend. in* 6.

Clemens V. in Concilio Viennensi ita decernit: « Salva » Romani Pontificis potestate, ad quem Ecclesiarum, » personatunm, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ec» clesiasticorum plena et libera dispositio, ex suae pote» statis plenitudine noscitur pertinere » (1).

Pichler, Leurenius, Zallinger, Biner, Migliorucci, Huth, Pirhing, aliique canonistae docent Papam providere posse per orbem christianum beneficia 1 jure praeventionis, dum nempe praeveniendo vacationem beneficii mandat illud conferri, aut ipse ex tunc jam confert certae personae, postquam vacaverit, vel dum confert gratiam expectativam ad beneficium vacaturum (2). 2 Jure concursus, vi cujus tanquam episcopus universalis, et ordinarius ordinariorum concurrit cum omnibus collatoribus inferioribus quoad beneficia actu vacantia, et tunc illius collatio valet, qui prior contulit (3). 3 Jure reservationis,

(1) *Clement. I. ut lite pendente nil innovetur. Pichler lib. 3. decret. tit. 5. n. 41. Maschat eod. tit. n. 11. Biner dissert. 1. de jure beneficiali cap. 3. Argiro discept. Eccl. discept. 17. Zoesius in lib. 3. decret. tit. 5. n. 10. Pirhing. de praeb. et dignit. sect. 3. § 1. n. 74. Mercanti compendio di diritto canonico tom. 3. tit. 8. seq. 3. Migliorucci instit. jur. can. lib. 2. tit. 32. n 30. Begnudelli biblioth. jur. can. v. beneficia n. 48. Schmitz lib. 3. decret. tit. 5. q. 3. vid. Schmier. jurispr. canonic. civil. lib. 3. tract. 1. part. 2. cap. 3. sect. 4. § 2.*

(2) *Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 19. districte prohibuit Expectativas, et quascumque gratias ad beneficia vacatura ... Etsi expectativae sint per Concilium sublatae, non exinde abbreviata est Summorum Pontificium potestas, ut eas si velint, concedere non possint, etiam sine derogatione Concilii decreto Fagnan. in cap. nulla de concess. Praeben. Gonzalez ad Reg. 8. .... Hinc Gregorius XIV. an. 1591. hac potestate usus fuit concedendo expectativam ad canonicatum Calaguritanae Ecclesiae cum expressa derogatione Concilii decreto licet gratiam praefatam exorbitantem existimaverit Rota ... Nonnullas pariter expectativas indulsit Sixtus V... Hac tamen potestate s. Pius V. uti noluit. Riganti comment. in reg. 26. cancell. n. 4. et seq. t 3. vol. 2. p. 12.*

(3) *Non ambigitur, inquit Riganti, Papam in provisione beneficiorum*

vi cujus confert certa beneficia, quae sibi reservavit privative, et cum exclusione aliorum collatorum. 4 Jure devolutionis vi cujus confert illa beneficia, quae propter aliquam causam devolvuntur ad Pontificem, ita ut ordinarii collatores pro illa vice conferre nequeant, sed Papa, uti fit si non contulerunt debito tempore, si indigno etc. (1).

ARTICULUS I.

Jus Rom. Pontificis sibi reservandi beneficia.

» Papa, verba sunt Petri de Alliaco (2), jure potuit or-
» dinationes majorum et electivarum dignitatum, ac col-
» lationes aliorum beneficiorum sibi, et Sedi apostolicae
» reservare. Quia haec antiquissimo jure sibi compete-
» bant. Haec etiam non solum jure universalis admini-
» strationis Papalis potuerunt competere, sed etiam ex
» speciali causa, ratione materiae subjectae, ut pote quia
» ordinarii collatores in beneficiorum collationibus abu-
» tebantur. »

Cum enim Pontifex, inquit Rigantius, sit vocatus ad plenitudinem potestatis, et episcopi in partem sollicitudinis invitati, hinc licet illa a principio totam indulserit episcopis potestatem disponendi de beneficiis, ex quo tamen majorem apud se retinuit, nec in aliquo eam im-

concurrere posse cum inferioribus collatoribus episcopo, nempe archiepiscopo etc. Riganti comment. in reg. 42. cancell. n. 20. t. 3. vol. 2. p. 234.

(1) *Pichler lib. 3. tit. 5. n. 86. vid. Pirhing eod. tit. n. 75. Huth eod. tit. q. 6. Zallinger de praeb. et dignit. n. 86. Migliorucci cit. loc. Leurenius for. benefic. sect. 3. cap. 1. Biner dissert. 1. de jure benefic. cap. 3.*

(2) *Petrus de Alliaco opusc. de Eccles. potest.*

minuit, potuit utique immutare, vel in parte aliqua limitare id, quod inferioribus concesserat (1).

Quamvis autem ea potestate, quae antiquissimo jure, ut ait De Alliaco, competebat non semper usi fuerint Pontifices, nec in provisione beneficiorum alienae diaecesis regulariter se ingesserint priscis Ecclesiae temporibus, in quibus ordo, et beneficium erant duae res connexae; tamen usus est quandoque ea potestate sanctissimus Pontifex Gregorius Magnus conferendo beneficia, et mandando clericos ordinari in Ecclesiis Italiae et Siciliae, insularumque adjacentium (2).

Praedictum jus Romani Pontificis evincitur quoque a card. Gerdilio per haec verba: Jure divino constat, quam potestatem Christus in episcopos collatam voluit, ita collatam esse, ut primatis Ecclesiae potestati subjecta esset. Constat ecclesiastico jure jam ab initio inferiores episcopos primarum Sedium episcopis subjectos etiam fuisse, atque potestatis qua pollebant, usum canonum statutis nunquam non fuisse certis limitibus circumscriptum. Certe non obstitit illa episcoporum potestas, quin primarum Sedium episcopi multa sibi etiam quoad munerum ecclesiasticorum in subjectis Ecclesiis distributionem reservarent. Cujus rei praeclarum documentum praebet ea « quae invaluerat in Ecclesiis Africanis consuetudo, ut ab archiepiscopo Carthaginensi peterent episcopos; et quae

(1) *Rigantius in rubr. reg.* 1. *cancell.* § 1. *n.* 2. *Gonzalez ad reg.* 8. *cancell. Rota decis.* 172. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. Zoesius lib.* 3. *decret. tit.* 5. *n.* 24. *Zallinger de praebend. et dignit.* § 85. *Leurenius for. benefic. sect.* 3. *cap.* 1. § 2. *q.* 522. *Devoti instit. canonic. t.* 1. *sect.* 3. *de collatione* § 30. *vid. Auctorem operis cui tit. Febron. abbrev. t.* 4. *nota ad* § 4. *cap.* 7.

(2) *Thomassin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. *Rigantius in rubric. reg.* 1. *cancell.* § 1. *n.* 6.

fuit ejus in illos potestas, ut quem vellet, cui vellet Ecclesiae, vel episcopo auferret clericum, ac petenti ordinaret Ecclesiae » (1). Scilicet Patres africani in Concilio Carthaginensi III. sic primatem suum Aurelium alloquuntur. « Necesse habes tu omnes Ecclesias suffulcire. »

Porro quod Carthaginensis episcopus necesse haberet africanas Ecclesias suffulcire, id ei non Divino, sed ecclesiastico tantum jure tributum fuerat: quod vero Pontifex Romanus omnium prorsus Ecclesiarum sollicitudinem gerere, omnesque suffulcire debeat, id ei non ecclesiastico, sed Divino instituto commendatum est, ac praeceptum. Quis ergo putet, minus juris ex divino instituto in Romanum Pontificem quoad universam Ecclesiam, quam in Carthaginensem quoad africanas ex instituto ecclesiastico manare debuisse? Quod Cardinalis de Luca statuit episcopos ex dispositione juris antiqui ordinarios esse in suis Ecclesiis collatores beneficiorum, esto, si placet; nec enim praesentis est instituti ejus rei disquisitio: quod vero id juris repetat Febronius ex commentitia illa plenaria, et indefinita potestate, qua olim praeditos episcopos fuisse in suis regendis Ecclesiis, contendit, fundamentum id videtur nec satis firmum, nec satis considerate positum (2).

In eo vero quod subjungit, collationem beneficiorum ex hoc etiam capite ad episcopos pertinuisse, quod olim ordinatio esset vice collationis beneficii, in eo latet aliqua ambiguitas, ut animadvertit idem Gerdil. Nam si hoc ita dicit, quasi ordinatio esset vi sua collatio beneficii, adeo ut ex ordinatione in sese spectata jus oriretur ad beneficium, in eo sane falli videtur. Jus illud oriebatur ex

(1) *Thomassin. part. 1. l. 1. cap. 20. n. 3.*

(2) *Gerdil animadversion. in comment. a Febronio in suam retractat. edit. animadvers. in position.* 31.

vocatione, seu missione in beneficium, quam vocationem ut plurimum ordinatio proxime consequebatur. Designabatur scilicet, eligebatur, qui vacanti titulo praeficiendus esset; nec ordinari solebat, nisi qui sic electus, aut designatus esset ad beneficium. Itaque collatio beneficii plerumque quidem conjuncta erat cum ordinatione, nec ideo tamen unum, eumdemque actum constituebat, sed duo actus erant natura diversi, tempore conjuncti. Hinc si ordinatio fieret praeter statuta canonum, clericus ordinationem quidem recipiebat, nec tamen jus ad beneficium consequebatur, quod nimirum legitima missio deesset, sine qua nemo cuiquam ministerio ecclesiastico rite praeficitur.

Atque hujus quidem missionis penes Romanum Pontificem summa semper fuit auctoritas, quod manifestum fit antiquo illo more, cujus tot insignia exempla edidit s. Gregorius Magnus, quo nimirum Ecclesiae aut pastore viduatae, aut ineptum pastorem nactae, alienis episcopis commendabantur, qui a Romano Pontifice plenam administrationis potestatem accipiebant (1). An non tum Pontifex sibi reservabat, ac veluti per sese potestatem exercebat, quam suis visitatoribus committebat? Quod ergo Romani Pontifices ocyus serius reservandi jure usi sint, nil id attinet ad potestatem, quam non aliunde quaesitam, sed primatui cohaerentem habent. Nec sane ratio afferri ulla potest, cur non de beneficiis perinde valere debeat, quod de criminum absolutione Tridentinum declaravit, potuisse Pontificem graviora crimina suo judicio reservare, idque potuisse pro suprema, qua summi Pontifices pollent in Ecclesia universa potestate. Non ergo legitimo jure caruere primi reservationum auctores, sed

(1) *Vid. Thomassinum p. 2 l. 3. c. 10. et seq.*

primi dicendi sunt jus illud explicuisse, quod ipsis pro injuncto Divinitus munere sollicitudinis omnium Ecclesiarum competebat (1).

ARTICULUS II.

Quonam tempore beneficiorum reservationes coeperint.

Ad tempus quod attinet quo beneficiorum reservationes coeperint, audiendus est clarissimus Zacharia qui ita scribit. « Ne' primi dieci secoli i benefiziati quali che fossero » non per gius di titolo, ma per diritto personale godevano i benefizj, e però i fondi, e checchè altro a' benefizj appartenesse dopo la morte de' benefiziati tornavano all'amministrazione del vescovo. Quindi dall' ordine era inseparabile il beneficio, e chi dava quello » intendevasi conferir ancor questo. Ora quale sia stato » intorno le ordinazioni de' vescovi l'autorità del Romano » Pontefice ne' primi otto secoli, altrove si è detto; dal » che seguita aver eglino nella collazione de' benefizj » maggiori ed elettivi sino dal principio della Chiesa » esercitata la lor podestà. Per gl'inferiori benefizj siccome i Papi senza grave cagione che domandasse il contrario, lasciavano a' vescovi le ordinazioni de' preti, e » degli altri ministri, così i vescovi per lo più erano i » collatori de' benefizj. Per altro abbiamo veduto che ancora in questi tempi alcuna volta i Pontefici usando » della loro autorità ordinavano gli altrui diocesani, e » però è chiara cosa, che ancora in questi tempi disponevano talvolta de' benefizj. S. Gregorio M. a Paolino » vescovo d'una piccola città dell'Abbruzzo, il quale dopo

(2) *Gerdil cit. loc.*

» il distruggimento della vescovile sua Sede erasi in Si-
» cilia ritirato, diede la Badia di s. Teodoro, la quale era
» di collazione del vescovo di Messina . . . Similmente
» Gregorio dispose di una Chiesa, che era nella diocesi
» del vescovo Importuno, ordinando al Prelato, che non
» solo la desse subito a certo Prete Domenico, ma gli
» rifondesse anche i frutti dal tempo, che era vacata (1).
» Ma dappoichè i benefizj furono eretti in titoli, e non
» alle persone, ma alle Chiese o a' titoli cominciarono
» ad essere annessi, sicchè quegli godesse i frutti, che di
» quella Chiesa, o di quel titolo fosse stato investito (il
» che nell' undecimo secolo sembra aver avuto incomin-
» ciamento), i Papi anche più facilmente a conferire i
» benefizj poser mano. Il Tommasini (2), da Adriano IV.
» comincia la serie de' Papi, i quali in siffatta cosa fecero
» valere la loro autorità. È vero che egli Alessandro III.
» ed altri Pontefici usarono di raccomandare un tale per
» tal benefizio, e d'interporre per ciò le loro preghiere.
» Ma oltrecchè come ben dicea Giovanni Salisberiese (3),
» le raccomandazioni, e le preghiere de' Papi sono co-
» mandamenti, alle preghiere unirono assai volte il pre-
» cetto. Così lo stesso Alessandro III. volendo che il ni-
» pote del vescovo di Meaux avesse una prebenda della
» Chiesa Parigina usò le formole di comandamento, e di
» precetto » (4).

(1) *Lib.* 2. *epist.* 10.
(2) *T.* 2. *lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 2.
(3) *Ep.* 23.
(4) *Ep.* 106. *ad capit. Paris. Universitatem vestram per apostolica scripta monemus, mandamus, atque praecipimus quatenus etc. Zacharia Anti-Febronio par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 8. *et seq.*

ARTICULUS III.

Quibus rationibus SS. Pontifices ad reservationes faciendas moti sint.

Rationes et causae, quibus Pontifices moti sunt ad reservationes sive generales, sive speciales faciendas multiplices fuere quemadmodum docet Rigantius. Prima quod cum sollicitudo pastoralis officii multis indigeat ministris, vocandi sunt plures, qui pro servitio Ecclesiae universalis laborent, et quos remunerare oportet. Secunda, quod ad Sedem apostolicam confluunt clerici indigentes, et pauperes; ideo non alienum ab aequitate fuit invenire modum, quo summi Pontifices possent illorum paupertati consulere. Tertia ut provideri posset viris literis, et virtute praestantibus quibus Ecclesia plurimum indiget. Quarta demum causa reservandi beneficia fuit abusus ordinariorum, qui aut suis consanguineis, amicis, et familiaribus providebant (1).

ARTICULUS IV.

De Praeventionis jure R. Pontifici competente.

De praeventionis autem jure haec habet Fevretus apud Thomassinum (2): « Si ingenue fari liceat, nunquam an-
» tiquis Conciliorum decretis damnatas fuisse provisiones
» Romae factas ex concursu, vel praeventione. Quam-
» quam enim faverint ordinariis legitimo jure nixis ad

(1) *Rigantius in rubr. reg. 1. cancell.* § *1. n. 9. et seq. vid. Pirhing lib. 3. decret. tit. 5. sect. 9.* § *1. n. 319. Leurenium for. benefic. sect. 3. cap. 1. q. 525. vid. Carolum Gagliardum de beneficiis tom. 1. cap. 3. n. 20. vid. Zaccaria Anti-Febronio par. 2. lib. 5. cap. 3. n. 8.*

(2) *Part. 2. lib. 1. cap. 47. n. 7.*

» conferendum in proprio cujusque territorio, non tamen » decerpserunt quidquid de jure Pontificis, qui superior » et caput est. »

Nil sane decerpserunt, inquit Gerdil, nec decerpere potuerunt siquidem Pontifex superior et caput est non jure humano, non Ecclesiae instituto, sed jure plane Divino. Hinc Innocentius III. apud eundem Thomassinum: « Quae Romana Ecclesia retenta sibi plenitudine potestatis, ad implendum laudabilius officium pastorale, » multos in partem sollicitudinis evocavit, sic suum dispensans onus in alios, et honorem, ut nihil suo juri » subtraheret, nec jurisdictionem suam in aliquo minueret. » Ut quaestionem omittamus quae hujus loci non est, an episcopi jurisdictionem suam immediate a Christo obtineant, non tamen, ut recte animadvertit Thomassinus, consecuti sunt territorium, hoc est peculiarem diaecesim, pendetque adeo a summis Pontificibus, ut ait Natalis Alexander, et diaecesium divisio, et subditorum assignatio. Quae divisio, ac subditorum inter episcopos assignatio fieri non posset, nisi praecederet, ac praeveniret in summo Pontifice anterior, ac superior jurisdictio in territoria divisa, in subditos assignatos, et episcopos quibus assignantur. Quod si hoc pacto praevenit superior Pontificis auctoritas, nec in partiendo, et assignando hac sua se auctoritate abdicat, aut abdicare valet, profecto manet in Pontifice potestas eadem in subditos assignatos, qua in eosdem ante assignationem pollebat, vi cujus eosdem assignavit, possitque adeo exequi per sese quidquid muneris vi ejusdem assignationis exequi deinceps illi poterunt, quibus assignantur (1).

(1) *Gerdil animadversion. in Lakics praelectiones canonicas t. XI. edit. Rom. pag.* 312. *et seq.*

CAPUT X.

De Papae potestate erigendi episcopatus.

Inter praerogativas primatui Romanae Sedi adnexas hanc etiam canonistae recensent, cathedrales Ecclesias sive episcopales, sive archiepiscopales erigendi, quod Romani Pontificis jus luculentissime confirmant quamplurima ecclesiasticae historiae monumenta (1).

« Ouvrez nos monumens ecclésiastiques, inquit Barruel, et voyez combien l'autorité du Pape fondateur, » créateur et distributeur de ces siéges, éclate dans ces » décrets que notre clergé français est attentif à recueil» lir. Là il affectera de mettre sous nos yeux, les bulles de » Jean XXII., érigeant les siéges épiscopaux de Maillesais » et de Luçon; et vous entendrez ce Pape, declarant qu'il » ne fait en cela, que remplir les devoirs d'un vicaire de » Jesus-Christ, obligé d'ajouter au nombre des ouvriers » apostoliques, quand la moisson s'accroît, c'est-a-dire, » quand le nombre des évêques ne suffit plus aux be» soins de la multitude (2). Ici, ce sera la bulle d'Inno» cent X. transportant l'évêché de Maillesais à la Rochel» le, et déclarant que s'il vient en cela, satisfaire aux

(1) *Vid. Innocentium I. epist. 25. ad Decent. Eugubin. n. 2. apud Coustantium epist. Roman. Pontific. col. 856. Argiro disceptat. Eccl. discept. XI.*

Michael Anton. Frances de Ecclesiis cathedralibus cap. 3. n. 1. Barbosa de offic. et potest. episcopi allegat. 68. n. 8. Garcia de benefic. part. 12. cap. 5. Moneta de commutat. ultim. volunt cap. 11. n. 25. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 11. Devoti instit. canonic. lib. 1. tit. 3. sect. 1. § 18. vid. Carolum Gagliardum instit. Jur. canon. lib. 1. tit. 12. n. 14. et de beneficiis t. 1. cap. 3. n. 20.

(2) *Bulle de Jean 22. an. 1317.*

» voeux de Louis XIV. c'est parce qu'établi sur le siége » le plus éminent de l'Eglise militante, et revêtu de toute » la plénitude de la puissance apostolique (1). Vous retrou» verez ces mêmes motifs, et ces mêmes déclarations ex» primées dans les bulles de Grégoire XV. érigeant Paris » en archevêché, et lui donnant par la plénitude de sa » puissance apostolique, Orléans, Chartres, et Meaux pour » suffragans; toujours même puissance dans le Pape, tou» jours même devoir, à reconnoître dans l'erection des » évêchés de Cahors, de Mendes, de Rodez, par Inno» cent XI., ou dans celle de l'évêché d'Alais, par Inno» cent XII. » (2).

ARTICULUS I.

Brevis historia potestatis Pontificiae in episcopatuum erectione a clarissimo Zacharia descripta.

Franciscus Antonius Zacharia de potestate disserens quam Romani Pontifices in occidente exercuerunt, quotiescumque de episcopatuum, et archiepiscopatuum erectione agebatur, ita scribit: « Acciocchè con ordine si proceda, uopo è distinguere i vescovadi, e le metropoli, che primieramente si eressero in terre pagane dalle Sedi vescovili e metropolitane, che ne' cristiani paesi furon costituite. Quanto a' vescovadi di prima crezione nelle terre ancor gentilesche verissimo è il detto di Papa Innocenzo I. nella pistola a Decenzio di Gubbio (3), che dal solo apostolo Piero, o da' successori di lui, non che tutta l'Italia, ma le Gallie, la Spagna, l'Affrica, la Sicilia,

(1) *Bull. Innoc. 10. an.* 1648.

(2) *Bull. Innoc. XII. an.* 1664 *Barruel du Pape et de ses droits religieux t. 2. chapitre* 4.

(3) *Epist. 25. t. 1. epist. Rom. Pont. Coust. col.* 856.

e le interposte Isole riconoscer debbono le loro Chiese, e i primi lor vescovi.»

« Quello che ne' primi secoli della Chiesa fu praticato, si continuò da' Romani Pontefici a guardare, quando ne' paesi idolatri mandarono annunziatori del Vangelo, e vi fondarono vescovadi e (ciò che in quegli antichissimi tempi non si faceva) anche metropoli.»

« Nuova questione ci si presenta intorno a' vescovadi, e alle metropoli, che di mano in mano crebbero di numero ne'paesi già alla fede conquistati da molto tempo, e si domanda quale alla istituzione di queste Sedi sia stata l'autorità de' Romani Pontefici. A mio giudizio sono a distinguer tre epoche. La prima va dal principio della Chiesa sino alla legazione di s. Bonifacio nella Germania, la seconda da questa legazione procede al Romano Pontificato di s. Gregorio VII., la terza da questo Pontificato si stende alla nostra età. Ora riguardo alla prima epoca, se parliamo delle metropoli, nel sesto secolo due ne troviamo in Ispagna erette senza l'apostolica Sede da'Sinodi di quel regno, Luco, e Toledo. Ma le altre metropoli dell'occidente, e quelle specialmente delle Gallie furono dalla sola Sede Romana costituite. Che se dalle metropoli a'vescovadi ci rivolgeremo, è a confessare, che tranne i primi vescovadi, siccome dianzi si è detto sul principio del cristianesimo stabiliti gli altri in quest' epoca o da' metropolitani, o da' Sinodi delle provincie venivano eretti. Niente però di meno la Pontificale autorità anche in questo tempo assai volte in tali affari s'intrometteva. Maestosamente campeggia la sovrana podestà del Papa nella lettera che s. Leone M. a' vescovi della Mauritania indirizzò. Primamente vuole, che si osservino gli statuti de' canoni, che vietano di collocare le Sedi vescovili in Ca-

stellucci, e in luoghi oscuri e di niun nome (1). Appresso accenna che il vescovo Restituto erasi querelato (certamente a lui) che in alcuni siffatti luoghi di sua diocesi eransi posti de' vescovi, e avealo richiesto, che morendo que' vescovi, fossero alla sua Sede restituiti que' luoghi; e perchè *ragionevole era questa domanda*, segue a dire, che così dovea esser fatto, come quegli chiedeva. »

« Se sopra le nuove erezioni de' vescovadi non avesse il Papa avuta autorità, avrebbe Leone scritto agli Affricani in questo tuono *volumus*? Avrebbe a lui Restituto fatto ricorso pe' luoghi smembrati dalla sua diocesi? Avrebbe il santo Pontefice insinuato che si facesse secondo che questi desiderava? »

« Nell'altre due epoche non si troverà metropoli nello stabilimento di cui non sia l' autorità del Romano Pontefice intervenuta, ond'è che volendo il Re Alfonso metropolitana la Chiesa Ovetense della Gallizia, a Papa Giovanni VIII. ricorse l'anno 882. »

« Quanto poi a'vescovadi, dalla seconda alla terza epoca pochissimi se ne troveranno, che non si debbano all'autorità del Romano Pontefice ascrivere, e niuno certamente dappoichè Gregorio VII. stabilì, che al solo Papa è lecito secondochè le circostanze de' tempi addomandano, *congregar nuove pievi*, cioè far nuove Sedi vescovili » (2).

(1) *Epist.* 12. *t.* 1. *Ball. edit. col.* 667.
(2) *Can.* 7. *Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7.

ARTICULUS II.

Thomassini et Roncaglia sententia circa auctoritatem quam Romani Pontifices in novorum episcopatuum erectione exercuerunt.

Maxime ante sextum saeculum (inquit Roncaglia), non semper accessisse Romani Pontificis expressum consensum in novorum episcopatuum erectione, animadvertit Thomassinus (1), liberum integrumque dixit fuisse Conciliis provincialibus, ac metropolitis novos erigere episcopatus, dummodo quas pro hac re ecclesia leges instituerat, servarentur. Cum in iis servandis minus religiosi fuissent Antistites Africani, etiam in exiguis pagis episcopos creando, illos monet s. Leo (2), non in quibuslibet Castellis episcopos esse consecrandos. Quamvis tamen non uni Sedi Romanae instituendorum episcopatuum vindicet potestatem, ipsius tamen saltem tacitum consensum intervenisse nemo negabit. Illud tamen non praeterit Thomassinus, ea etiam aetate solummodo Sedem apostolicam gentibus recens ad fidem conversis, vel convertendis, episcopos designasse. Jam vero a saeculo sexto eam viguisse disciplinam observat, ut ad novos erigendos episcopatus non solum metropolitani, et Synodi provincialis, sed expressus etiam principis, ac Romani Pontificis consensus expeteretur. Et primo, si novi erigendi erant episcopatus, inquit Constantinus Roncaglia, iis in locis, ubi noviter fidei lumen illuxerat, cum nova haec Evangelii promulgatio fieri soleret, promovente, ac mandante Romano Pontifice, non poterant viri apostolici novis ovibus novos dare pastores, nisi idem consuleretur; cumque pariter Ecclesiae aggregandae essent novae provinciae, quo non

(1) *Thomassin. de Vet. et nov. Eccl. discipl. p.* 1. *l.* 1. *c.* 54.
(2) *S. Leo ep.* 87.

se protendebat caeterorum episcoporum auctoritas, ibi novas extollere Sedes illius tantum erat potestatis, quae nullis finibus coarctatur. Deinde quidquid particulares Synodi decernebant, non ita inconcussum, firmumque erat, ut quandoque posteriores Synodi non infirmarent, vel principes ipsi infectum vellent. Contra id vero quod prima Sedes statuerat, inferiores Sedes insurgere haud poterant, et principes ipsi religioni ducebant infringere. Non raro etiam, dum novis episcopis propriae diaeceses erant assignandae, cum finitimis episcopis de sibi usurpata conquerentibus jurisdictione lites poterant oriri, ad quas dirimendas nulla magis idonea potestas quam Romani Pontificis. Illud demum in novis constituendis Ecclesiis poterat intercedere quod necessaria foret aliqua canonum dispensatio, ac proinde primam Sedem fuisse adeundam, cujus est, dum ita exposcat vel necessitas, vel utilitas, canonum rigorem emollescere (1).

CAPUT XI.

De Romani Pontificis potestate Episcopatus uniendi ac dividendi.

In tuto positum est jus illud, verba sunt Gerdilii, quo Pontifex utitur in episcopatibus dividendis, et in unum redigendis. Nam cum id juris vi primatus Romano Pontifici omni tempore congruat; tum vi reservationis ex vigentis disciplinae praescripto, soli nunc Romano Pontifici competere dignoscitur (2).

(1) *Roncaglia adnotat. in Natal. Alexand. hist. Eccl. saec. 5. cap. 6. art. 2. vid. Auctorem operis cui tit. Italus ad Febronium tom. 1. p. 147.*

(2) *Gerdil de sacri regimin. ac Pontific. primatus jure etc. t. XI. edit.*

« Il faut que la puissance de Pierre, scribit Barruel, » se prête aux besoins de l'Eglise; il faut suivant les cir- » constances, qu'elle unisse ou divise les siéges des pa- » steurs.. L'Eglise de Minturne avoit perdu le sien, et » celle de Formie étoit réduite à l'indigence; ce grand » Pape (idest s. Gregorius) réunit le siége de Minturne » à celui de Formie, et sert également les deux Eglises. » Le sacerdoce s'éteint ou disparoît à Populonium; et le » peuple sans prêtres, sans évêques, y reste sans moyens » du salut. Le même Pape ordonne à Balbin de Roselle » d'en prendre soin comme de ses propres ouailles. Les » Eglises de Misène et de Cumes se dépeuplent, et ne » peuvent plus suffire à deux évêques; il réunit ces deux » évêchés, et les donne à Benenatus. Pour les mêmes rai- » sons, le siége des trois Tabernes n'en fait plus qu'un seul » avec celui de Velletrie, comme bientôt celui de Terra- » cine est uni au siége de Fondi. »

« L'évêque et le clergé de Noyon n'épargnent ni pro- » tections, ni protestations, pour empêcher les Papes de » rétablir l'évêché de Tournai, depuis plusieurs siècles » réuni à leur siége: Eugène III. apprend que, faute d'un » siége épiscopal, les habitans de Tournai souffrent des » pertes irréparables; il leur donne un évêque, malgré » toute l'opposition de celui de Noyon, et il le leur donne » à la sollicitation de saint Bernard (1). »

Rom, pag. 258. *Argiro disceptat. Eccles. discept.* 11. *Fagnan. in cap. sicut unire, de excessib. Praelat. n.* 3. *card. de Luca annot. ad Concil. Tridentin. disc.* 8. *n.* 10. *et de jurisdict. disc.* 1. *n.* 11. *Devoti instit. canonic. lib.* 1. *tit.* 3. *sect.* 1. § 18. *Gagliardus instit. jur. can. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 14.

(1) *Barruel du Pape et de ses droits religieux t.* 2. *quatrième partie. chapitre* 4.

ARTICULUS I.

Praedicta reservatio inter capita disciplinae legitimae constitutae recensenda est.

De legitimo jure, quod vi reservationis Pontifici competit (inquit Gerdil), audiendus Zegerus Van-Espen quem pontificiae dignitati plus aequo indulgere voluisse nemo sanus existimaverit. Is porro haec habet (1): « Unionem » beneficiorum fieri posse auctoritate Romani Pontificis, » dubitat nemo. Imo sicuti hodierna disciplina majora » quaedam beneficia, ac praesertim episcopatus, et quae » consistorialia dicuntur, Sedis apostolicae provisioni re- » servavit; ita et auctoritas hujusmodi beneficia uniendi, » ad Pontificem privative, et cum exclusione inferioris » devoluta est. Notatque Fevretius (2) quod si archiepi- » scopi, episcopi, aut alii praelati processissent ad unio- » nem similium beneficiorum *potestate ordinaria* totum » declararetur *nulliter* et *abusive* factum. » Disciplinam hanc reservantem unionem episcopatuum Romano Pontifici agnoscit ibidem Zegerus stabilitam fuisse tempore Caelestini III., probatque ex responso ejusdem (3), cujus haec sunt verba: « Sicut unire episcopatus, atque pote- » stati subjicere alienae, ad Summum Pontificem perti- » nere dignoscitur; ita episcopi est Ecclesiarum suae dioe- » cesis unio, et subjectio earum (4). »

Nititur proinde haec disciplina, ut animadvertit Gerdil, decretalium communi jure, quod plenam vim legis habere nec Zegerus ipse diffitetur. Convaluit ea deinceps labentibus saeculis universali Ecclesiae consensu, ac mo-

(1) *Jus Eccl. univ. par.* 2. *tit.* 29. *n.* 18.
(2) *Lib.* 2. *de abusu cap.* 4. *n.* 5.
(3) *Cap. sicut unire de excess. Praelat.*
(4) *Vid. Gerdil tom. XI. edit. Rom. pag.* 258. *et seq.*

re, confirmata demum sanctione illa Tridentini (1), qua statuens quemadmodum tenuioribus cathedralibus Ecclesiis, etiam per unionem sit consulendum, decernit examen fieri a Concilio provinciali, verum confecta instrumenta ad Summum Romanum Pontificem mittenda, quibus instructus Summus Pontifex ex prudentia sua, prout expedire judicaverit, aut tenues uniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat.

Nil propterea huic reservationi deest, quod ad universalis legitimae disciplinae constitutionem pertineat, non pontificia auctoritas, decretalium monumentis consignata, non Synodi oecumenicae sanctio, non diuturna, ubique recepta, et universali usu ac more comprobata consuetudo.

Cujus quidem disciplinae auctoritas eo pluris facienda est, quod sine ingenti totius status Ecclesiae perturbatione commoveri aut oppugnari nequeat. Enim vero cum permulti per universum orbem praesules dioecesibus praesint, quae vi ejus reservationis, ac disciplinae a Pontificibus institutae, multisve modis junctae sunt aut divisae, si quid suspicionis cadere posset in legitimum istud pontificiae auctoritatis exercitium, eadem suspicione laborarent dioecesum, quae per tot saecula facta sunt institutiones, junctiones, aut divisiones; in idemque adeo dubium ac discrimen recideret praesulum jurisdictio, qui eisdem praesunt, ac tam longo intervallo praefuerunt (2).

(1) *Sess.* 24. *de reform. c.* 13.
(2) *Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure etc. t. XI. edit. Rom. pag.* 259.

ARTICULUS II.

Slevogtius refellitur.

Slevogtins profligari posse omnia putat, hoc argumento ductus, quod Gregorius VII. istam episcopatuum sive unionem, sive divisionem soli Pontifici primus reservaverit ... Sed altius sunt repetenda ejus disciplinae initia, quam Slevogtius putaverit. « Metropolitanarum Sedium » erectio, inquit Natalis Alexander (1), Romanorum Pon» tificum auctoritate, et Principum consensu fiebat sae» culis nono et decimo; » adeoque, ut loquitur Gerdil, ante Gregorii Pontificatum, qui Romanam Sedem exeunte fere undecimo saeculo tenuit. Idque probat Alexander auctoritate scriptoris vitae s. Remberti Bremensis archiepiscopi, tum exemplis praesertim Hammaburgensis metropolis, quae agente Ludovico Pio imperatore, Gregorii IV. auctoritate instituta est; Ovvetensis Ecclesiae in Gallaecia, quae a Joanne VIII. metropolitica dignitate aucta est, rogante Alphonso Hispaniae rege, Magdeburgensis archiepiscopatus, quem postulante Othone I. Imperatore, Joannes XIII. erexit. Certe quam proxime ab aetate Gregorii VII. disciplina haec undique se se prodit, non ut recens inducta, sed ut inveterato jam usu confirmata. Testis s. Anselmus Cantuariensis, qui cum ageretur de Lincolniensi episcopatu dividendo, ut ex distracta parte novus Heliensis episcopatus institueretur, ea de re scripsit ad Pontificem, « sciens, ut inquit Eadmerus in ejus vita, » praeter consensum et Romani Pontificis auctoritatem » novum episcopatum nunquam institui posse; » atque

(1) *Natalis Alexander hist. Eccl. saec. 9. et 10. cap. 5. art. 2.*

id quidem non vi recentis cujuspiam decreti, sed vi generalis principii, quod ibidem enuntiatur, *nimirum robur dispositionum quae fiunt in Ecclesia Dei*, *de apostolicae Sedis auctoritate pendere* (1).

CAPUT XII.

De Romani Pontificis potestate episcopos creandi.

Certum est, inquit doctissimus Hallier, Romanum Pontificem summam habere potestatem, ut per totum christianum orbem episcopos constituat. Summis Pontificibus, inquit idem Hallier, competere colligimus episcoporum ubique terrarum creandorum curam et potestatem, qua si aliquando usi non fuerint, moderationi eorum, ac prudentiae tribuendum, utpote qui melius ac commodius per alios a se constitutos Patriarchas, primates, metropolitanos ordinationem aut delectum fieri posse censuerint quam per seipsos. Si quando uti voluerint, et expedire judicaverint, nemo quaerere possit, qua auctoritate id faciant, cum auctoritate Petri id facturi deprehendantur. Haec apostolicae cathedrae praerogativa est, haec primatus dignitas: Hoc non novum, sed ipsius Ecclesiae constitutioni coaevum, quod semper viguit privilegium (2).

Audiatur hac de re clarissimus Barruel de hoc jure Romano Pontifici competente ita scribens: « Comme pa-
» steur de tous, il faut que chaque jour l'héritier de Pierre
» promène ses regards sur les diverses parties du trou-
» peau, et sur l'immensité; les besoins se succèdent comme

(1) *Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure etc. tom. XI. edit. Rom. pag.* 260. *et seq.*

(2) *Hallier de sacris Elect. part.* 3. *l.* 1. *sect.* 5. *cap.* 4. *art.* 3. § 6. *n.* 45. *et* 55. *vid. Gerdil tom.* 12. *edit. Rom. p.* 35.

» les jours et les révolutions. Là l'Eglise prospère, et les » pasteurs ne suffisent plus à ses besoins; à qui appar-» tiendra le droit d'en créer de nouveaux, et de leur as-» signer à chacun la partie du troupeau proportionnée à » leur sollicitude, si ce n'est à celui dont la sollicitude » embrasse essentiellement tous les fidèles? Ici, au con-» traire, les orages ou les brigands ont dévasté le champ » de l'Eglise. L'ennemi a passé, et n'a laissé que des rui-» nes; les brebis errent à l'abandon; les pasteurs ont été » dispersés. Parmi ceux qui restent, ou qui se sont intro-» duits dans la bergerie, il en est que les dissentions ont » rendu suspects ou odieux à leur troupeau même. Un » moment fortuné se présente; la terre se repose; de nou-» veaux dominateurs essaient de réparer la honte, les » forfaits et les ravages des premiers. C'est alors une nou-» velle Eglise à reconstruire .. Dans cet état de choses, » sur qui devra tomber le soin de reconstruire cette Egli-» se, de lui donner non seulement des pasteurs convena-» bles, mais d'assigner à chacun de ces pasteurs de nou-» velles ouailles, un nouveau poste, de nouvelles limites? »

« C'est saint Laurent Justinien, Patriarche de Venise, » qui vous parle en ces termes clairs et positifs: « Aux » successeurs de Pierre, comme vice-gérans de Jésus-Christ, » a été donnée toute la puissance de l'Eglise, et celle » nommément d'établir dans les villes, des siéges épisco-» paux; et dans les provinces, des siéges métropolitains. » » Istis utique, tanquam Christi vicariis, totius Ecclesiae » est attributa potestas, instituendi per civitates episco-» pos, et per provincias metropolitas ordinandi etc. (1). »

Ceterum hujusmodi jus Romani Pontificis creandi epi-

(1) *De obed. l. 2. Barruel du Pape et de ses droits religieux tom. 2. chapitre 4.*

scopos plurima ostendunt monumenta ex ecclesiastica historia deprompta. S. Gregorius Turonensis, apud Thomassinum (1), ex gestis s. Saturnini martyris refert plerosque in Galliam a Romana Sede missos episcopos; Gratianum Turonum, Trophimum Arelatem, Narbonem Paulum, Saturninum Tolosam, Parisios, Dionysium, Stremonium in Arverniam, Martialem Lemovicum.

Anglos, seu potius Britannos fidei, et episcopatus primordia a Romana Sede habuisse testatur ven. Beda (2).

Hinc Gerdil cum Thomassino (3) concludit ita primis saeculis constitutos episcopatus fuisse, uti deinceps fuere, quos instituerunt missi a Romanis Pontificibus Bonifacius, Villibrordus, Augustinus, Corbinianus, qui omnes in Ecclesia Romana originem et auctoritatem hauserint suam, et singularem cum ea conjunctionem semper et concordiam servarunt. Quae porro media, illa aetate fecere sancti illi viri, aliique tot, et tanti apostolici praesules, apostolicae Sedis delegatione, genuinam primorum temporum imaginem exhibere, et subjectionis ejus fundamenta aperire, in qua erga Romanam Ecclesiam tanquam matrem omnium, et fontem fuere omnes per Occidentem episcopi et metropolitani (4).

Natalis quoque Alexander (5) testatur veterem morem illum, quo « gentibus ad fidem recens conversis Romanus Pontifex de episcopis providebat. » Enim vero, ut inquit Gerdil, initio apostolicae praedicationis nondum

(1) *Par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 6. *t.* 1. *vid. Gerdil lib.* 1. *c.* 3. *tom. XI. edit. Rom. p.* 283.

(2) *L.* 11. *c.* 4.

(3) *P.* 1. *lib.* 1. *c.* 55. *n.* 6.

(4) *Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure etc. t. XI. edit. Rom. p.* 283.

(5) *Natalis Alexander hist. Eccl. saec.* 5. *c.* 6. *art.* 2.

fuerant gentes ad fidem conversae, nondum episcopatus instituti, non provinciae distinctae, non in iis metropolitani constituti, qui Synodos cogerent, a quibus episcopatus per diversa loca conderentur, eorumque fines designarentur. Non a Synodis igitur prodire potuit prima origo institutionis ejusmodi, quae ipsas Synodos antecedere debuit. Si ergo ad primam disciplinae constitutionem respicimus, necesse est fateri Occidente toto, per Romanos Pontifices ante conditos episcopatus, fuisse episcopos institutos, quam per Synodos, vel metropolitanos institui, condive potnerint. Non ergo a Synodis retrocessit in Pontifices ea potestas, qua ante Synodos Pontifices pollebant; sed potius a Pontificibus manavit in Synodos, et metropolitanos, cum nempe sive persecutionum aestu, sive longinquitate ac difficultate itinerum, aliisve similibus de causis factum est, ut quod Romani Pontifices satis commode per se se non poterant, id per Synodos et metropolitanos fieri ac geri provide indulgerent (1).

CAPUT XIII.

De Romani Pontificis jure confirmandi episcopos.

Si ad bonum religionis tuendae et conservandae, atque ad universae Ecclesiae statum attinet, ut ubique boni pastores legitime praeficiantur: si necessarium est ut de eorum idoneitate, et legitima promotione certum testimonium prius habeatur, ad quem illud jus magis et originarie spectabit, inquit auctor operis cui titulus, Febronius

(1) *Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure etc. t. XI. edit. Rom. p.* 284.

abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, quam ad eum, cui jure non ecclesiastico, sed divino incumbit cura et superintendentia universalis Ecclesiae, cui a Deo commissae sunt omnes oves, et qui constitutus est pastor pastorum? Igitur jus confirmandi episcopos originarie et primario ad primatum Petri pertinet, et merito inter causas majores numeratur (1).

Praedictum Papae jus confirmandi episcopos ostenditur etiam a cardinali Gerdilio per haec verba: « Il diritto di confermare i metropolitani ed i suffraganei è » da secoli autenticato nella s. Sede dal Gius comune, » e dall'uso universale della Chiesa. Questo solo baste- » rebbe a fondare un diritto incontrastabile per un cat- » tolico, il quale sappia, che sebbene gli stabilimenti » della disciplina sono variabili, non è però variabile » l'autorità di prescrivere la disciplina in ciascun periodo » di tempo (2). »

« Da alcuni secoli in qua, jure merito inquit Bolgeni, » la conferma de' vescovi è riservata al Papa immediata- » mente per tutta l'estensione della Chiesa cattolica, e » niun pastore entra legittimamente a governar l'ovile di » Gesù Cristo, se non per questa porta. »

« Il Romano Pontefice per riservare a se stesso pie- » namente la conferma, e in molta parte anche l'ele- » zione de' vescovi, ne ha avuto l'impulso de' vescovi » stessi; lo ha avuto da' Concilj, lo ha avuto dai Regnanti » medesimi. »

« La legittimità delle riserve, sul punto che ora trat- » tiamo, è chiara ed innegabile, perchè fatta da quel capo

(1) *Auctor oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas. t. 2. nota ad* § 3. *cap.* 4.

(2) *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate p. 2. sezion.* 8. *t.* 12. *edit. Rom. pag.* 224.

» della Chiesa, che nella persona di s. Pietro ricevette da » Gesù Cristo l'episcopato in tutta la sua pienezza, uni- » versalità e sovranità. Il corpo episcopale si è unito col » suo capo ad approvare tali riserve: il pacifico possesso » colla pratica di varj secoli, canonizzato ancora nell'ecu- » menico Concilio di Trento, ne è una prova superiore » ad ogni eccezione. La disciplina della Chiesa su questo » punto ha sofferto, è vero, una mutazione; ma lungi dal » discostarsi con ciò dalle regole primitive, è anzi ritor- » nata al fonte suo primo e alla sua origine (1). »

ARTICULUS I.

Vetus circa episcoporum confirmationem disciplina.

Orientalium episcoporum confirmationem metropolitanis, metropolitanorum vero Patriarchis dimissam a Romanis Pontificibus fuisse, explorata res est: Patriarchas tamen ab iisdem Romanis praesulibus confirmationem expectasse palam facit Zacharia (2).

« È da notarsi col P. Bianchi, inquit laudatus Zacharia, che i Romani Pontefici nè punto nè poco non s'impacciarono nell'elezioni vescovili degli Orientali, ma lasciarono che i vescovi provinciali da' loro metropolitani, i metropolitani da'Patriarchi si confermassero, e solamente alla loro autorità riserbarono la confermazione de' Patriarchi. E il vero checchesia, se le lettere, che i Patriarchi d'Oriente scrivevano all'apostolica Sede tosto che al Patriarcato erano assunti, fossero un indizio della conferma che domandavano, oppure come pretende il To-

(1) *Bolgeni l'episcopato cap. 7. n. 92. et seq.*
(2) *Zacharia Anti-Febron. vindic. par. 3. dissert. 8. cap. 2.*

masini, una semplice notizia, e segno di tener la lor comunione; certa cosa è che quando i Romani Pontefici rispondendo loro gli ammettevano alla lor comunione, s'intendevano confermati, e per l'opposto, se rigettassero la lor comunione, pur riprovata s'intendeva la loro elezione, che però era per que' Patriarchi una cosa stessa ricevere la comunione de' Papi, e l'essere nella fatta elezione confermati. Ma vegniamo ad alcuni esempli, che in chiaro porran maggiormente questo pontificio diritto. Era stato senza saputa del Romano Pontefice eletto vescovo di Costantinopoli Nettario; ma persuaso Teodosio non potere questa elezione valere, se dalla comunione del Papa non fosse rafforzata, spedì il pio Imperatore a Damaso una legazione di alcuni vescovi e d'altri suoi cortigiani per ottenere da lui al nuovo vescovo lettera di comunione, acciocchè la fatta elezione rimanesse avvalorata. »

« La stessa autorità mostrolla Leone col vescovo Antiocheno Massimo, e con Proterio di Alessandria. Erano i vescovi Orientali siffattamente persuasi che dal Romano Pontefice attender doveano la conferma della lor dignità, che al morto Acacio, essendo stato Flavita dato per successore, non volle questi esser intronizzato senza l'assenso del Romano Pontefice. »

« Avvegnachè i Papi, siccome da principio dicevasi non s'impacciassero nell'elezioni e nelle ordinazioni degli altri vescovi Orientali, lasciandone a' metropolitani la cura, nondimeno esigendolo il ben della Chiesa, mandarono in Oriente legati con piena potestà di costituir vescovi, preti e diaconi nelle città di quei Patriarcati (1). »

Michael Roussel, etsi pontificiae jurisdictioni non admodum faveret, ita scribit: « Haec mihi comperta ex ve-

(1) *Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 1. cap. 4.*

teribus exemplis ad instruendam Pontificis Romani praerogativam in confirmandis Patriarchis Orientalibus, quae sane satis indicant principatum ejus in omnes Ecclesias (1). »

Ab Orientalibus ad Occidentales sermo jam devolvatur: Quis sibi persuadeat, inquit Zacharia, minorem fuisse Romani Pontificis in Occidentales Ecclesias auctoritatem, quam Orientalium Patriarcharum in Orientales? Immo vero Innocentius hoc quidquid erat Patriarcharum Orientalium jurisdictionis in Nicaenum canonem VI. refert. Nicaenus autem canon, Antiocheni et Alexandrini episcoporum auctoritatem ad unius Romani Patriarchae normam perspicue exegit. Si igitur episcopos Antiocheno Patriarchatui subjectos a suo Patriarcha confirmandos Innocentius edicit, multo magis Occidentales episcopi Romani praesulis confirmationi obnoxii erant (2).

Audire hac de re praestat etiam clarissimum Bianchi ita scribentem: « Avendo provato che al Romano Pontefice sino da' primi tempi, come Patriarca di tutto l'Occidente, appartenevan le ordinazioni di tutti i vescovi delle provincie occidentali; che sempre conservarono il diritto sulle ordinazioni ed elezioni vescovili delle provincie d'Occidente, ancorchè in molte e molte provincie questo diritto per certe ragioni non usassero; da tuttociò manifestamente succede, che quando riserbarono alla loro autorità la confermazione dell'elezioni di tutti i vescovi, non s'attribuirono un nuovo diritto, ma posero in uso il diritto antico e nativo sin dal principio della fondazione della Chiesa Romana, spettante alla loro potestà Patriarcale. Nulladimeno se si riguarda l'uso di questo diritto,

(1) *Apud Zacharia Anti-Febron. vindicat. dissert.* 8. *cap.* 2. *part.* 3.
(2) *Zacharia Anti-Febron. vindicat. part.* 3. *dissert.* 8. *cap.* 2.

non può negarsi, che per la disciplina stabilita dagli stessi Romani Pontefici in moltissime provincie d'Occidente, delle diocesi delle Gallie e delle Spagne, siccome vollero che la consagrazione de' vescovi provinciali appartenesse al metropolitano, e la consagrazione de' metropolitani ai metropolitani vicini, ovvero a' Sinodi; così successivamente fu introdotto, che la confermazione dell'elezioni de' vescovi suffraganei si facesse dal metropolitano, e quella de' metropolitani dal Papa per la concessione del pallio. Onde que' vescovi d'Italia, che i Pontefici Romani riserbarono alla loro consagrazione, erano anche da lui confermati, e quelli che appartenevano alla consagrazione de' metropolitani, eran confermati da questi. E tal disciplina durò per molti secoli nella Chiesa Occidentale, non solo sino a tantochè l'elezioni de' vescovi seguirono a farsi dal clero e dal popolo, ma ancora qualche secolo dappoichè l'elezioni furon trasferite ne' capitoli cattedrali (1). »

Audiatur etiam Natalis Alexander, qui de jure confirmandi episcopos disserens, sic loquitur: « Episcoporum electio a metropolitano confirmabatur praevio examine saeculis nono et decimo. Quamvis Romani Pontifices jure suo confirmandi episcopos per totum Occidentem nondum uterentur, in quibusdam tamen casibus episcopum aut archiepiscopum electum confirmabant, vel etiam ordinabant. Primo cum jure suo metropolitanus abusus erat, confirmando contra canones. Secundo cum dispensatione opus erat, quae a solo Pontifice Romano, qui unus per totum orbem de canonibus dispensare potest, concedi posset. Tertio cum metropolitanus officio suo non fungebatur (2). »

Isti quidem casus ab Alexandro memorati qui fre-

(1) *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 3. *cap.* 4. § 4. *n.* 1

(2) *Natalis Alexander hist. Eccl. saec.* 9. *et* 10. *cap.* 5. *art.* 3. *n.* 3. *et* 4. *vid. Gerdil t.* 12. *edit. Rom. pag.* 264.

quentius jam occurrebant, justam causam dedere Pontificibus, ut observat etiam Gerdil, id jus sibi unis reservandi, quo jure (derivato tamen ex primatu Petri) metropolitani antea usi fuerant in episcopatibus instituendis, episcopisve confirmandis.

ARTICULUS II.

Potestas confirmandi episcopos Romanus Pontifex a Metropolitanis, vel Conciliis Provincialibus non accepit, vel extorsit.

Ostendit Card. Gerdil magno eos in errore versari, qui putarunt a metropolitanis, vel provincialibus Conciliis, jura ea, quibus ante pollebant, sic in Pontifices translata esse, ut nova inde facta sit Romanae Sedis potestatis, jurisve accessio, quod longe secus est; ut enim habet Nicolaus I. (1). « Ista privilegia huic ecclesiae a Christo do- » nata, a Synodis non donata, sed jam solummodo cele- » brata et venerata. »

« Non ergo, inquit Thomassinus, eam potestatem a Con- » ciliis provincialibus vel accepit, vel extorsit Romanus » Pontifex, sed quam semper habuerat, semper alicubi » exercuerat, eam supersedentibus Conciliis provincia- » libus, coepit ubique terrarum solus exercere; » et deinceps: « Solemne est jura omnia ad superiores ab inferio- » ribus devolvi, et omnium prorsus spiritalium potesta- » tum jura ad Summum Pontificem devolvi posse, quia » summus omnium vertex est.. Si autem haec jura a Con- » ciliis provincialibus ad Romanum Pontificem devolvun- » tur, quia summus omnium vertex est; perperam ergo » inde infertur, quod ea ex se se non habeat, quod ea » usurpet, quod contrario usu possit amittere (2).

(1) *Nicolaus I. epist.* 70.

(2) *Gerdil de sacri regiminis ac Pontificii primatus jure etc. t. XI. edit. Rom. p.* 265. *et seq.*

ARTICULUS III.

Respondetur Febronio.

Febronius (1) ait: ex traditione apostolica episcopi a plebe et clero eligebantur praesentibus episcopis provincialibus. 2. Quando Pontifices circa electiones episcoporum aliquid statuebant, id fecere ut canonum tutores et vindices, nec novi quid decernebant.

At respondet auctor operis cui titulus, Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas. Apostoli ipsi, nullo interveniente, ex plenitudine potestatis eligebant et constituebant episcopos; sola autem plenitudo potestatis in universam Ecclesiam quae in Petro fuit, in hujus etiam successores transiit; hinc hoc jus in Romano Pontifice adhuc remanet. Quod si post tempora apostolorum, episcopi a populo et clero electi, atque ab episcopis provinciae consecrati sint, istaque disciplina electionis etiam ex traditione apostolica descendat, id factum est, propter necessitatem providendi Ecclesiis, Petri successore absente. Quod si praesens fuisset, vel semper adesse potuisset, peto utrum ei nullum in electionem vel confirmationem episcopi jus fuisset? Hoc igitur demonstrandum erat. Carentia juris probari debet ex casibus, ubi illud, si adest exerceri potuisset, non ex facto quo illud exerceri non potest ob impedimentum extrinsecum.

Audiatur etiam hac de re Gerdil, qui in illa verba Lakics « spectabat olim (examen episcoporum) una cum confirmatione ad Synodum provinciae » hanc habet animadversionem: « Verum id equidem. At pervidendum quo jure id praestiterint: num jure quodam nativo et in-

(1) *Tom. 4. par. 2. dissert. 8.*

sito, quod Synodis istis vi sua inesset; an potius, quod e superiore loco in Synodos ipsas et metropolitanos manaverit? Quidquid olim et metropolitani et Synodi provinciales in constituendis episcopis peragerent, invicte probatum est id totum ab eis, et auotoritate a Sede apostolica derivata, et juxta formam a s. Sede praescriptam et probatam praestitum fuisse.

Probatum id, inquam, est 1. Luculentissimis decretis Siricii, Zosimi, Caelestini I., Hilari, Simplicii, Symmachi, Leonis Magni, a quibus et jura Metropoleon definita, et forma praestituta, quae in constituendis episcopis omnino servanda esset; idque tanta auctoritate, ut nulla ejusmodi actio legitima censeretur, quae non esset ad eam formam composita, ut plane intelligi possit ab ea auctoritate agendi potestatem pendere, quae et agentibus normam et actis firmitatem tribueret. 2. Confessione ipsa Synodorum Aurelianensis III., Turonensis II., Tricassinae etc. 3. Amplissimo testimonio Valentiniani.

Itaque in hac tota confirmandorum episcoporum ratione, aliud est, prosequitur idem Gerdilius, aliud est divini ac prorsus immutabilis instituti, aliud vero mutabilis disciplinae. Ad immutabile institutum pertinet quod confirmatio legitima auctoritate fiat in ordine Hierarchico; vi cujus legitimam missionem constituendus episcopus obtineat. Cum autem multi gradus in Hierarchia distinguantur, aliique aliis emineant, veluti primates metropolitanis, primatibus Patriarchae, nil obstabat, quin Ecclesiae instituto, confirmatio, prout commodius videbatur, modo uni, modo alteri committeretur.

At vero cum et isti auctoritatis gradus, qua primatibus Patriarchae, primates metropolitanis, isti rursum suis praesunt suffraganeis, mutationi quoque sint obnoxii, utpote ab Ecclesia constituti; solus autem Romanus Ponti-

fex Petri successor, divino et immutabili jure toti Ecclesiae praesit; istud perinde immutabile semper constitit, ut jus confirmandi, quandocumque illo jure uti placuerit, divelli ab eo nunquam potuerit; prout aperte colligitur ex Tridentinae Synodi canone, quo dictum anathema, cuicumque negaverit, legitimos episcopos esse, qui a Romano Pontifice assumuntur (1).

Pontifices in electiones et confirmationes, quando res poscebat se immiscere poterant, et judicium ipsis reservabatur? At tantum tutores et vindices canonum erant. Sit ita, inquit auctor operis cui titulus Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, sit ita: sed quorum canonum? Nempe quos ipsi condebant, vel saltem eorum consensu et auctoritate condebantur; dein an non Romani Pontifices in hac ipsa materia electionis et confirmationis multa statuerunt, quae nullis antea canonibus aut Conciliis sancita fuerunt (2)?

(1) *Gerdil animadversion. in Lakics praelectiones canonicas tom. XI. edit. Rom. pag.* 324.

(2) *Vid. Caelestinum I. epist.* 4. *s. Leonem ep.* 9. *Symmachum P. epist. ad Caesar. Arelat.*

Auctor. oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas. t. 2. *notâ ad* § 3. *cap.* 4.

CAPUT XIV.

De Romani Pontificis in episcoporum ordinationibus auctoritate.

Sublatis electionibus, inquit Benedictus XIV., olim celebrari solitis a canonicis vacantis Ecclesiae, restitutaque veteri disciplina, providendi episcopatibus per apostolicam Sedem; salvis tamen concordatis initis cum aliquibus nationibus, in quibus retentis electionibus, earum confirmatio reservatur Romano Pontifici, in eumdem quoque recidit jus consecrandi episcopos, vel constituendi delegatos ad consecrationem peragendam (1).

Hac de re in medium afferre juvat etiam clarissimum Hallier de hoc Romani Pontificis jure ita scribentem: Duo certa sunt, quae vel primis Ecclesiae temporibus summi Pontificis in ordinationibus non solum metropolitanorum, verum etiam quorumcumque episcoporum manifeste ostendunt auctoritatem, primum quod statim atque ordinati essent, de sua ordinatione ad summum Pontificem referre deberent, iique legitimi censerentur, quibus Romanus episcopus communicaret; e contra spurii et adulterini pastores, quos ille respueret.

Alterum illud est, quod vel negligentibus provinciarum episcopis, metropolitanorum ordinationes, vel deficientibus viris apud exteras nationes, praesertim eas, quae suo Patriarchatui subditae essent, Evangelio praedicando et Ecclesiasticae gubernationi idoneis, Romanus Pontifex diversis temporibus novos mitteret operarios, ac pastores (2).

(1) *Benedictus XIV. instruct. direct. ad Carolum electum episcopum Justinopolitanum. Bullar. tom. 4. n. 64. § 15.*

(2) *Hallier de sacris electionibus, et ordinationibus part. 3. sect. 5. cap 4. § 2. n. 9. et 12.*

Quamobrem Pelagius I. ita scribebat: « Is mos anti-
» quus fuit, ut quia pro longinquitate, vel difficultate
» itineris ab apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi
» se invicem mediolanensis, et aquilejensis ordinare epi-
» scopi debuissent. Dunque inquit Gerdil, più antica-
» mente esercitava il Romano Pontefice il diritto suo di
» ordinare i vescovi di Milano, e di Aquileja, e solo per
» condiscendenza fu ad essi conceduto il potersi ordinare
» vicendevolmente » (1).

« A' vescovi di Roma, inquit Zacharia, quasi nativamente apparteneva il diritto delle ordinazioni di tutti i vescovi nell'occidente. Essendo per la propagazion della fede cresciuto il numero delle Chiese nell' occidente si pensò ad istruire metropolitani, come eranlo nell'Oriente. I primi vescovi che nelle provincie soggette al vicario d' Italia fossero metropolitani dichiarati, furono dopo la metà del secolo quarto a' tempi di s. Ambrogio i vescovi di Milano e di Aquileja . . . Allora poi fu determinato che i nuovi metropolitani seguissero come dianzi quando non erano metropolitani, ad essere ordinati dal Romano Pontefice. Nondimeno a' tempi di Pelagio I. che l'anno 556. salì sul trono Pontificale era già antico costume, che i due metropolitani di Aquileja e di Milano si ordinasser tra loro. Ma questo costume nato era per consentimento del Papa, il quale alla lunghezza e difficoltà del viaggio avendo riguardo, condiscese a questo nuovo stabilimento... Quanto a' vescovi suffraganei, ne fu rilasciata a' metropolitani la consecrazione, ma a condizione sempre, che al Romano Pontefice almeno come Patriarca appartenesse di confermar l'elezioni de' nuovi vescovi, prestando il consenso

(1) *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate p. 2. t. 12. edit. Rom. pag.* 145.

alle loro ordinazioni ... Coll'istituzione de' due metropolitani di Aquileja e di Milano si era ristretto il diritto metropolitico del Papa, e ampliato il Patriarcale: Intanto egli seguiva ad aver soggetto nell'Italia oltre le dieci provincie suburbicarie che al vicario di Roma appartenevano, anche il Picenino Annonario che una era delle sette provincie sottoposte al vicario d'Italia, e avea Ravenna per capo, sinchè dopo la metà del quinto secolo fu pur Ravenna per privilegio apostolico eretta in metropoli Ecclesiastica (1). Il nuovo metropolitano rimase allora dell'ordinazione del Papa. »

« Anche nell'Illirico si riserbarono i Papi il diritto delle ordinazioni de' metropolitani, e de' vescovi provinciali, e fecerlo ivi esercitare da' vescovi di Tessalonica loro vicarj, sicchè lecito non fosse in quelle diocesi ordinare alcun vescovo, o metropolitano fosse, o provinciale senza il loro consenso. Lo abbiamo chiaro dalla lettera di Papa Siricio ad Anisio di Tessalonica (2). »

ARTICULUS I.

Ex eo quod a SS. Pontificibus non omnes in occidente ordinationes per se peractae fuerint, nihil contra praedictum jus Pontificium colligi potest.

Quod Romani Pontifices non omnes in occidente per sese ordinationes peregerint, nihil in eo momenti est, ut animadvertit Gerdil, ad convellenda, vel imminuenda jura Pontificia. Nam aperta causa est: « quamobrem ut

(1) *Vid. Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa t. 4. lib. 2. cap. 1. n. 16. p. 265.*

(2) *Ep. 4. t. 1. epist. R. P. Coust. col. 642. Zaccaria Anti-Febronio par. 2. lib. 1. cap. 4.*

inquit Thomassinus (1). Episcoporum ordinationes non retinuerint sibi Romani Pontifices, nisi in Italia, et circumpositis insulis, cum tamen Alexandrinus, et Antiochenus Patriarchae omnes prorsus sui Exarchatus episcopos ordinarent. » Scilicet « Horum uterque uni praesidebat diaecesi, unus Papa pluribus. Quindecim sane Provinciae Orientalis Exarchatus ambitu continebantur. At hae provinciae minusculae erant, nec conferri iis poterant, quas Patriarchatus Romanus complectebatur. Itaque ne fieri quidem potuisset, ut per tempora illa persecutionibus horrentia, omnes episcoporum ordinationes per Africanas provincias, per Hispanias, per Galliasque, aliasve remotiores diaeceses ante Nycaenam Synodum soli Romano Praesuli perficiendae servarentur. »

Romanus quidem Pontifex inquit Bellarminus (2), non consueverat ordinare Patriarchas quia non poterat commode fieri, ut vel ipsi Romam venirent, vel ad eos Pontifex ipse proficisceretur, tamen confirmabat per litteras. »

Quod Pontifex non omnes per se se occidente toto metropolitanos et episcopos ordinaret, id ex eo contigisse ostendit Natalis Alexander (3), non quod ei potestas abesset, sed quod certis de causis ut plurimum ab ea utenda abstineret. Sed aliud est, inquit, jure aliquo semper non uti; aliud jus illud non habere (4).

(1) *Thomassin. p. 1. lib. 1. c. 8. n. 14.*
(2) *Bellarminus de Romano Pontif. lib. 2. c. 18.*
(3) *Natalis Alexander dissert. 20. in 4. saec.*
(4) *Gerdil de sacri regiminis, ac Pontificii primatus jure etc. t. XI. edit. Rom. p. 281.*

ARTICULUS II.

Praedictum jus R. episcopum in Italia in ipsa Ecclesia Mediolanensi, in Illyrico, in Galliis, in Diaecesi Hispaniensi, ac in Africa obtinuisse constat.

Caeterum jus illud obtinuisse Romanum episcopum in Italia et in ipsa Ecclesia Mediolanensi constat ex s. Gregorio (1). Jus illud Romanum episcopum ut occidentis Patriarcham obtinuisse in Illyrico ex eo nos probamus, quod in illis regionibus primates instituerit Thessalonicenses archiepiscopos, auctoritatis suae vicarios, quorum absque assensu et confirmatione celebratae electiones illegitimae essent (2).

Idem evincimus ex epistola Bonifacii I. ad Rufum Thessalonicensem, et episcopos Illyrici in qua de ipso Rufo sic loquitur. « Nullus alicujus ordinationem citra ejus » conscientiam celebrare praesumat cui vice nostra cun- » cta committimus. »

Idemque adstruimus ex s. Leone in epistola ad episcopos metropolitanos per Illyricum constitutos in qua de Anastasio Thessalonicensi ita scribit. « Fratrem et Coepi- » scopum nostrum Anastasium de ordinando Antistite » volumus consulatis; cui metropolitani episcopi conse- » crationem statuimus reservari. »

Jus pariter illud ipsum obtinuisse in Galliis nos edocet epistola Zosimi ad universos episcopos per Gallias et septem provincias constitutos.

Si e Galliis ad Hispanias transeamus, Romanum episcopum in diaecesi Hispaniensi jus ordinationum obtinuisse, nonne perspicuum erit ex institutione primatum,

(1) *S. Gregor. lib. 2. epistol. et epist. 31. ad Romanum Patritium et Exarchum Italiae.*

(2) *Vid. epist. 44. s. Leonis ad Anastasium Thessalonicensem.*

qui vicaria Romani episcopi, ut occidentis Patriarchae, auctoritate ordinationes episcoporum in omnibus Hispaniae provinciis interdum celebrabant, semper confirmabant. Denique in Africa Romanum episcopum jus ordinationum habuisse nonne ex eo constat, quod episcopus Carthaginensis totius Africae Primas ab episcopo Romano constitutus fuerit ex omni retro memoria, et propterea jus consecrandi episcopos retinuerit ut Leo IX. epistola quarta testatur.

Accedit quod nulla ratio proferri potest, immo hoc est a ratione penitus alienum ut Alexandrinus, et Antiochenus Patriarcha, jus illud obtinuerint in diaecesibus sibi subditis et Romanus caeterorum Patriarcharum caput in omnibus occidentis Ecclesiis ipsius addictis auctoritati, jus idem non obtinuerit (1).

CAPUT XV.

De obedientiae juramento ab episcopis Romano Pontifici praestando.

Unio et obedientia in sedem Petri, ut loquitur Thomassinus, episcopatui ipsi agnata, coaeva, et concreta quodammodo est. Eodem enim ipso tempore Christus et episcopos constituit, et caput illis praefecit, et membra capiti coagmentavit (2).

Quod etiam ab initio viguerit debitae hujus obedientiae non tacita tantum, sed et explicita testatio, fidem facit, inquit Gerdil, mos ille antiquissimus, quo Patriar-

(1) *Natalis Alexander hist. Eccl. saec. 4. dissert. 20. vid. Gerdil tom. XI. edit. Rom. p. 281.*

(2) *Thomassinus de vet. et nov. Eccl. discipl. par. 2. lib. 2. cap. 44. n. 12. vid. Gerdil t. XI. edit. Rom. pag. 335.*

chac, et Episcopi teste ipsomet Febronio (1), « statim » post suam electionem litteras, quas communicatorias » appellabant, mittebant Romam, ut sese Romanae Sedi » unitos, et cum ipsa communicantes ostenderent. Porro » quos Pontifex tanquam centrum, et custos unionis re- » spuebat, litteras Synodicas, seu communionis negando, » sive id fieret propter defectum in professione fidei, sive » propter aliam legitimam causam, ii quamquam episcopi » jam ordinati essent, et per hoc caracterem ordinis ac- » cepissent, pro legitimis episcopis a nullo in communio- » ne s. Sedis stante agnoscebantur, sed pro spuriis, et » adulterinis. »

Redditam porro non fuisse ab apostolica Sede communionis responsionem, notat ille, quamdiu litterarum auctores in professione fidei, aliisque fidem tangentibus non concordarent: immo addit aliquando fuisse negatam communionis unitatem (sine qua tamen nemo legitimus episcopus agnoscebatur) intacta fide, ob laesum aliquod caput merae disciplinae. Tanta scilicet semper agnita fuit sive in probanda fide, sive in sancienda disciplina supremae Sedis auctoritas. Quod si ad impetrandam illam communionis unitatem episcopis necesse erat in fide, aliisque fidem tangentibus concordare, quis dubitet, quin litteris illis communicatoriis aliqua contineretur ejus obedientiae professio, quam a Christo instituta membrorum cum capite colligatio prorsus requirebat?

Accessit deinceps et quidem ab octavo saltem saeculo, jurisjurandi sanctio de quo sic scribit Thomassinus: « Illaesum superest Sacramentum, quo episcopi omnes » obligantur Papae, quo certe Ecclesiastici Sacerdotii

(1) *Novo comment. pag.* 165.

» vinculo nihil sanctius, nihil ad Ecclesiae perpetuitatem » invictius » (1).

Obedientiae juramentum, inquit Gerdil, quo se ordinandi episcopi Romano Pontifici obstringunt, non inveterato tantum totius Ecclesiae usu receptum, et probatum est, sed Pontificum, universaliumque Synodorum decretis praescriptum ac statutum (2).

ARTICULUS I.

Quo tempore mos invaluerit ut episcopi obedientiae juramentum Romano Pontifici praestent.

Quod attinet ad bujus obedientiae juratam promissionem, inquit Gerdil, primum ejus exemplum Thomassinus, Petrus de Marca nec non alii repetunt ab solemni juramento, quod s. Bonifacius Germaniae apostolus Gregorio II. in accipienda ordinatione praestitit. Quod tamen primum omnino exemplum fuisse, nullo satis firmo argumento evinci notat P. Bianchi (3).

Sed audiamus ejusdem Bianchi verba: « Intorno al tempo, in cui fu introdotto il costume che i vescovi prestassero al Papa il giuramento di ubbidienza non è cosa facile a stabilirsi con certezza. Credette Pietro de Marca, che all'antica profession della fede, che facevano i vescovi innanzi alla loro ordinazione alla presenza del metropolitano, da cui erano ordinati, e che i metropolitani facevano alla presenza del Patriarca prima della loro ordinazione, da s. Bonifacio martire, e primo arcivescovo di Magonza fosse aggiunta la clausola dell' ubbidienza da

(1) *Thomassin. par. lib. 2. cap. 46.*
(2) *Gerdil animadversion. in Lakics praelectiones canonic. tom. XI. edit. Rom. pag. 340. et 334.*
(3) *Vid. Gerdil cit. loc.*

prestarsi al Romano Pontefice, nella cui opinione sembra che concorra ancora il Tommasino, mentre dice, che quel giuramento di ubbidienza che i vescovi al loro metropolitano, e i metropolitani al Papa prestano, non fu posto in costume prima di s. Bonifacio, il quale nella sua ordinazione prestò questo giuramento a Gregorio II. Ma sebbene è certo, che nel Concilio celebrato in Francia da s. Bonifacio intorno all'anno 743 con autorità della Sedia apostolica, fu per comun consenso di quel Sinodo decretato, che i metropolitani domandassero il Pallio alla Sedia apostolica, e che facessero solenne professione di ubbidire ai precetti del Romano Pontefice, non è certo però, che da quest'atto solenne sottoscritto, e trasmesso alla Sedia apostolica da quel Sinodo, avesse origine la professione d'ubbidienza, che i metropolitani facevano al Papa, o quando erano da lui consacrati, o quando da esso ricevevano il pallio; o che da questo tempo all'antica professione della fede fosse aggiunta la clausola dell'ubbidienza verso la Sede apostolica. Anzi piuttosto v' ha motivo di credere, che ciò, che in questo particolare fu determinato in quel Sinodo, fosse determinato a norma di quello, che già era in costume nella Chiesa Romana, dalla quale s. Bonifacio avea ricevute le istruzioni sopra quello che dovesse operare nel ristabilimento di quella Chiesa.

« Così similmente è vero che s. Bonifacio nell' an. 722 come dimostra il Sirmondo essendo ordinato da s. Gregorio II. in Roma nella sua ordinazione con solennissimo giuramento professò alla Sede apostolica fedeltà, ed ubbidienza. Ma non è già certo che s. Bonifacio fosse il primo tra' vescovi consagrati dal Romano Pontefice, che facesse a lui questo giuramento; anzi è da presumersi, che già fosse solito prestarsi al Papa da' vescovi, che da lui

erano consagrati. Sembra adunque molto simile al vero, che prima di s. Bonifacio già fosse in costume, che i Romani Pontefici esigessero questo giuramento da' vescovi, ch'essi consagravano » (1).

CAPUT XVI.

De Romani Pontificis potestate circa episcoporum jurisdictionem.

« Episcoporum jurisdictio, verba sunt Benedicti XIV., sive sit immediate a Christo Domino, sive a summo Pontifice, ita semper huic subest, ut consentientibus omnibus catholicis, ejusdem auctoritate et imperio limitari, atque ex legitima causa omnino auferri possit » (2).

Eandem sententiam circa praedictum Romani Pontificis jus in episcoporum jurisdictionem, tuetur quoque doctissimus Bolgenius ita scribens: « La giurisdizione » *particolare* che ciascun vescovo ha sopra il particolare » suo popolo, dipende dalla divisione delle diocesi, che » non fu determinata immediatamente da Gesù Cristo, » ma che fu lasciata alla disposizione di quella sovrana » potestà, che egli aveva preposto al governo universale » della sua Chiesa. Questa potestà dunque *particolare* im» mediatamente si conferisce da chi nell'assegnare ad un » vescovo una determinata diocesi gli assegna, e deter» mina un determinato popolo per suddito. Or questa » assegnazione di diocesi si fa dal Papa. Questa particolar » potestà essenzialmente è soggetta ad ampliazioni, restri» zioni, mutazioni etc. ad arbitrio di quella medesima

(1) *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 3. *cap.* 3. §. 1. *n.* 7., 8. *tom.* 5. *par.* 1. *pag.* 277. *et seq.*

(2) *Benedictus XIV. de Synod. diaeces. lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 7.

» sovranità che la conferisce, ad arbitrio dico regolato » sempre dalla mira al bene e universale di tutta la » Chiesa, e particolare di ciascun popolo ... e le suddette » restrizioni, mutazioni etc. si hanno ad intendere non » solamente quanto ai luoghi, ma ancora quanto alle per- » sone, e alle materie (1). »

Idipsum egregie evincitur etiam ex hisce clarissimi Barruel verbis: « Pierre pasteur de tous, doit répondre du salut de tous, et le devoir, ici comme partout ailleurs, emporte essentiellement le droit. Pierre a un compte à rendre, et des ouailles, et des pasteurs, de l'usage même qu'ils auront fait sous lui, de son autorité; pour qu'ici la responsabilité soit d'accord avec les premières notions de la justice, il faudra que cette autorité des pasteurs soit soumise à la sienne, qu'il puisse la reprendre, la resserrer, ou bien l'étendre, suivant qu'il la verra utile ou bien nuisible entre leurs mains. Il faudra même qu'il puisse la supprimer, l'anéantir absolument dans eux, quand il sera constant qu'au lieu d'être utile entre leurs mains, elle met obstacle au salut des fidèles, quelles que soient leurs dispositions, il faudra bien qu'il se dise à lui-même mais ces ouailles sont à moi, et les malheurs des temps, et l'exil, et le refus même des pasteurs que je leur avois donnés, ne les empêchent pas d'être à moi. Ils ne m'ont pas ôté, à moi, ma responsabilité. Quand ils ne peuvent plus les conduire eux-mêmes dans les voies du salut, je suis encore là pour les sauver. Moins ils peuvent pour ces ouailles, et plus je dois me souvenir de tout ce que je peux pour elles. Le tuteur que j'avois donné à ces enfans, ne peut plus rien pour eux; il est temps que le père se montre. Tout leur sang retomberoit sur moi. Que

(1) *Bolgeni fatti dommatici tom*. 3. *n*. 526.

le devoir et la tendresse réveillent toute ma puissance. Je viendrai, et je visiterai ce peuple. Il saura que je peux tout lier, tout délier pour son salut » (1).

Quapropter jure meritoque in bulla *Auctorem fidei* a Pio VI. damnata haec propositio 8. « Item quod et sibi persuasum esse ait » Jura episcopi a J. C. accepta pro gubernanda Ecclesia nec alterari, nec impediri posse; et ubi contigerit horum jurium exercitium quavis de causa fuisse interruptum, posse semper episcopum ac debere in originaria sua jura regredi, quotiescumque id exigit majus bonum suae Ecclesiae. »

In eo quod innuit jurium episcopalium exercitium nulla superiori potestate praepediri, aut coerceri posse, quandocumque episcopus proprio judicio censuerit minus id expedire, majori bono suae Ecclesiae.

Inducens in schisma, et subversionem hierarchici regiminis, erronea. »

Non debent quidem Pontifices, inquit Ballerinius, passim ac temere episcoporum facultates, et jura quavis de causa diminuere, limitare. At si causa justa occurrat, qua utile vel necessarium bono publico judicent, aliquid tale efficere, sibive nonnulla reservare; quis id Pontificiae supremae potestati negare auserit? Ecclesiae certe bonum et naturalis ordo postulant, ne primati totius Ecclesiae haec potestas in ipsas episcoporum facultates negetur. Quum enim episcopi cum suis facultatibus instituti fuerint a Christo in bonum Ecclesiae, non vero Ecclesia in Episcoporum; hi utilitati, vel necessitati Ecclesiae ita debent studere, ut non inique ferant, si ex utilitate vel necessitate ejusdem Ecclesiae aliquot facultatum suarum restrictionem, moderationem aut reservationem suprema po-

(1) *Barruel du Pape et de ses droits religieux tom.* 2. *chapitre* 3.

testas faciendam censuerit (1). Hinc S. Augustinus (2): « neque enim episcopi propter nos sumus, sed propter eos, quibus verbum, et sacramentum dominicum ministramus; ac per hoc eorum sine scandalo gubernandorum sc se necessitas tulerit ita vel esse, vel non esse debemus, quod non propter nos, sed propter alios sumus (3).

CAPUT XVII.

De Romani Pontificis potestate transferendi episcopos.

Translationem episcoporum de una in aliam Ecclesiam, inquit Rupprecht (4), ad Sedem apostolicam pertinere, et quidem privative ad quemcumque alium, videtur manifesto innuere Innocentius III. « Non enim humana, sed » potius divina potestate conjugium spirituale dissolvitur, » cum per translationem, depositionem, aut cessionem » auctoritate Romani Pontificis (quem constat vicarium » esse Jesu Christi) episcopus ab Ecclesia removetur: et » ideo tria haec, quae praemisimus, non tam constitu» tione canonica, quam institutione divina soli sunt Ro» mano Pontifici reservata » (5).

Et sane si translationes hujusmodi a Conciliis oecumenicis quampluribus sunt interdictae, nec Concilia oecumenica a Synodis provincialibus per discussionem queunt infringi; cur perstrepitur, inquit quidam auctor si tran-

(1) *Ballerinius de potest. Eccl.*
(2) *S. Augustin. lib. 2. in Crescon. cap. 2.*
(3) *Vid. Zacharia Anti-Febron. vindicat. t. 3. p. 234.*
(4) *Rupprecht notae historicae in univers. jus canonic. lib. 1. decretal. tit 7.*
(5) *Innocentius III. cap. inter 2. de translat. episcop.*

slationes, episcoporum Pontificio assensui subsunt, et ab ejus arbitrio illarum dispensatio dependet; cur advocare ad Concilia provincialia, quae ad ea non spectant? Si haec dispensatio flosculus est primatus universalis, cur ex eo divelli tentatur (1)?

ARTICULUS I.

Idem Rom. Pontificis jus transferendi episcopos pluribus confirmatur exemplis.

Si tantisper Ecclesiasticae evolvantur historiae plurima occurrunt exempla quae praedictum Papae jus transferendi episcopos evidentissime ostendunt. Nundinarius episcopus Barcinonensis morti proximus suam Ecclesiam Irenaeo alterius Ecclesiae episcopo resignavit an. 465. Jam episcopi provinciales, ut animadvertit quidam auctor (2), ejus translationi consenserant; clerus populusque sua vota propitia ferebant, utpote bonam frugem ab ea fore resultaturam sperabant. Sed Hilarius Papa, a quo optabant illam confirmari, eam alte improbavit, nec passus fuit canones infringi. Idcirco missis suis litteris ad Ascanium metropolitanum tarraconensem, graviter illum objurgavit, quia pro officio suo temerarias populorum, et inconsideratas episcoporum petitiones minime repressisset. Bina erant ea crimina; primum fuit resignatio episcopatus in manum alienam, ac si fundus proprius fuis-

(1) *Auctor oper. cui tit. Italus in Febronii vindicias a Daniele Bertonio expositas epist.* 29. *resp.* 1. *p.* 260.
Vid. Thomassin. de disc. Eccl. p. 2. *l.* 2. *c.* 56. *n.* 13. *vid. Auctorem oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas etc. t.* 2. *nota ad* § 6. *cap.* 4.

(2) *Auctor operis cui tit. Italus in Febronii vindicias a Daniele Bertonio expositas etc. epist.* 29. § 3. *resp.* 1. *p.* 260.

set; alterum vero translatio; adversus utramque culpam, et Pontifex et Concilium suam vocem elevarunt. Et ad translationem quod attinet, conclamatum fuit pluries tum ab cpiscopis quum a presbyteris. « Ut disciplina ser» vetur, rogamus, dictum est octies: ut antiquitas serve» tur, dictum est quinquies. Ut canones custodiantur, » dictum est octies. Hilario vita, dignus Papa, dignus » doctor. » Quapropter ad Ascanium scripsit Hilarius, ut ad suam Ecclesiam remeare juberet Irenaeum, moneretque ei ex indulgentia suum crimen condonari. Eruimus hinc judicium episcoporum, et vota cleri, ac populi pro translatione Irenaei ad Romanum Pontificem inprimis fuisse delata; cernimus 2 hunc recursum fuisse rejectum, abrogatum, atque dispersum tum ab Hilario, quam a suo Concilio 3. Consequenter inferre debemus jus translationis episcoporum ab una ad aliam Sedem non esse a Conciliis provincialibus, nec a metropolitanis repetendum, sed a primatu Pontificio.

Alia translatio memoratur Procli ab Ecclesia Zizicensi, pro qua erat ordinatus, sed ab ejus populo nunquam fuerat receptus. Binis vicibus quamplures eum ad Ecclesiam Constantinopolitanam vacantem transferre curarunt, post mortem scilicet Sisinii et post Nestorii depositionem sed inutiliter, quandoquidem ei obstabat prima sua ordinatio pro Ecclesia Zizicensi. Cum igitur Concilia tum Achajae, quum Constantinopolis nodum hunc solvere non possent, recursus ad Sedem apostolicam factus fuit; atque ejus auctoritas translationem illius decrevit, et litteras commissoriales iis ad quos spectabant, datae fuerunt (1).

Aliud exemplum affert etiam Bianchi ita scribens:

(1) *Socrates l. 7. hist. Eccl. c. 40.*

« Perigene ordinato vescovo di Patras, e non ricevuto da » quei cittadini, fu poi trasferito alla Sede metropolitana » di Corinto, ma Socrate stesso afferma che questo tra- » sferimento fu fatto con autorità della Sede aposto- » lica (1). In ogni tempo fu sempre creduta necessaria » l'autorità della Sede apostolica, acciocchè le traslazioni » vescovili legittimamente si determinassero (2). »

ARTICULUS II.

Card. Gerdilii sententia circa potestatem transferendi episcopos Romano Pontifici competentem.

Quod speciatim memorat Febronius de translatione, depositione episcoporum, eas veluti jure quodam devolutionis in Pontificem translatas esse, non ita est intelligendum (verba sunt Gerdilii) quasi novum jus Pontifici obvenerit, idque ab episcopis non invitis acceperit: nam Thomassinus de hoc devolutionis jure sic disserit: « Ubi » jus ab inferiori ad superiorem devolvitur ... non ac- » cipit ab inferiori, non usurpat in inferiorem superior, » non repetere potest a superiori inferior. Solemne enim » est, jura omnia ad superiores ab inferioribus devolvi, » et omnium prorsus potestatum spiritualium jura ad » summum Pontificem devolvi posse, quia summus om- » nium Vertex est. Si autem haec jura a Conciliis pro- » vincialibus ad summum Pontificem devolvuntur, quia » summus omnium Vertex est; perperam ergo inde in- » fertur, quod ea ex sese non habeat, quod ea usurpet, » quod contrario usu possit amittere » (3).

(1) *Socrat. lib. 7. cap. 36. ex interpretat. Valesii. Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa tom. 5. par. 1. p. 433.*

(2) *Bianchi cit. loc. pag. 429.*

(3) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retractat. edit. animadvers. in position. 27.*

ARTICULUS III.

Justissimae rationes postularunt ut SS. Pontifices episcoporum translationes sibi reservarent.

Quod Rom. Pontifices translationes episcoporum et harum cognitionem causarum sibi solis reservaverint, praeter jus originarium, et divinum, ut animadvertit auctor operis cui titulus, Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, praeter jus originarium et divinum quod in illis jam praeexistebat, atque quandoque exercuerunt eaedem rationes justissimae postulabant, quae et alias majorum causarum reservationes necessarias effecerunt, quibus Thomassinus (1), addit, quia, Conciliis provincialibus non ea invicta vis inerat, quae praesulum ambitionem fraenaret, eosque a temerariis translationibus prohiberet. Nunc audacia peccarunt episcopi, cum inutiles Ecclesiae translationes molirentur, nunc metus et haesitatio obfuit, cum urgente Ecclesiae utilitate audendum esset, cum tot capitum consensione ad electiones, et translationes opus esset, non facile poterat omnibus convenire, quando justa esset ad translationem necessitas. Imo audacia, ambitus et malum eo usque increvit, ut tandem episcopi propria auctoritate ab una Ecclesia ad aliam transirent (2).

(1) *Thomassinus de veter. et nov. Eccl. discipl. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 61.

(2) *Auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas t.* 2. *nota ad* § 6. *cap.* 4. *p.* 108.

CAPUT XVIII.

De Papae potestate circa episcoporum renunciationes.

ARTICULUS I.

Romanus Pontifex episcoporum renunciationes admittere potest, et episcopatuum resignationes ejusdem dumtaxat auctoritate perficiuntur.

Innocentius III. in sua decretali decano et capitulo andegavensi scripta sic loquitur: *Cum fortius sit spirituale vinculum quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter episcopum et Ecclesiam, suo tantum judicio reservaverit dissolvendum. Non humana, sed potius divina potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem, depositionem aut cessionem auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse vicarium Jesu Christi) episcopus ab Ecclesia removetur; et ideo tria haec quae praemisimus, non tam constitutione canonica, quam institutione divina, soli sunt Romano Pontifici reservata* (1).

Ex hisce Innocentii III. verbis sic infert eruditissimus Bianchi: « Essendo cosa certa, che i Concilj ricevon da » Dio la potestà di stabilir canoni di disciplina, e che il » Romano Pontefice in vigor del primato ricevuto da Dio » ha potestà di dispensar sopra i canoni, con ottima ra- » gione inferisce Innocenzo, che il dispensar sopra le » traslazioni, e le rinunzie de' vescovati vietate da'canoni » è riserbato al Romano Pontefice, non tanto per cano- » nica costituzione, quanto per divina istituzione. E qui » è da notarsi che Innocenzo III. in questa decretale non

(1) *Cap. 2. de translation. episcop.*

» riserba a sè le traslazioni, e le cessioni de' vescovati; » ma supponendole già riserbate, rende la ragione di » questa riserba, cioè perchè al Romano Pontefice sola- » mente come vicario di Cristo Signor nostro, per divina » istituzione convien la potestà di dispensar sopra i ca- » noni generali della Chiesa » (1).

Quare jure meritoque D. Thomas ita scribebat: « epi- » scopi quia sunt in statu perfectionis, nonnisi auctori- » tate summi Pontificis possunt episcopalem curam de- » serere » (2).

Et sane eodem titulo ac jure (verba sunt auctoris operis cui titulus Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas) eodem titulo ac jure quo confirmationes, etiam cessiones, et resignationes episcoporum summo Pontifici reservantur. Romano Pontifici tanquam pastori universali incumbit cura non ovium dumtaxat, sed et pastorum gregum particularium, inefficax foret officium primatus et cura inutilis si vicarius Christi quoscumque ad pascendas maximas gregis partes deberet admittere, vel dimittere, neque qui boni, atque idonei sunt probare. Hinc qualitercumque istae cessiones priscis temporibus factae fuerint, successu tamen temporis propter exigentiam boni communis Ecclesiae, item propter fraudes, violentias, et abusus non raro intervenientes merito reservari debuerunt.

Qua fronte igitur contra posteriores reservationes tam clamare, ipsam potestatem impugnare, vel saltem in dubium vocare, et Rom. Pontifices usurpationis accusare licebit? Sed audiatur Thomassinus (3). « Consulto dixi

(1) *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa tom. 5. par. 1. lib. 3. cap. 4. § 2. n. 2. pag. 453.*

(2) *S. Thomas 2. 2. quaest. 184. art. 6.*

(3) *Thomassinus in respons. ad Censuram 14. Anonymi.*

» non in potestate, sed in potestatis usu atque exercitio » variatum esse, sive in confirmationibus, sive in con» cessionibus, sive in translationibus episcoporum, sive » in dispensationibus, sive denique in absolutionibus. » Prior enim usus obtinuit ut haec partim per Rom. » Pontifices, partim per Concilia provincialia expediren» tur; posterior usus haec omnia ad solos Rom. Pontifices » revocavit. In usu et exercitio variatum est, non in po» testate. Non ergo quaestio unquam vertitur de potestate » primae Sedis, quae summa et sui simillima semper est, » sed variato ejus per tot aetatum, tot locorum, nego» tiorumque varietates exercitio, et usu » (1).

ARTICULUS II.

Jus quo Rom. Pontifex utitur admittendi episcopatuum resignationes immerito ab adversariis Papae usurpationibus accensetur.

Doctissimus Bianchi de Papae auctoritate disserens episcopatuum renunciationes admittendi haec scribit Sebbene prima del XII. secolo lasciassero i Romani Pontefici la libertà a' Sinodi provinciali d' ammetter queste cessioni, ad essi nulladimeno in ogni tempo ricorsero i vescovi di rimote provincie, o per consultarli sopra la rinuncia, che desideravano fare, o chiedendo loro la dispensa, o l'assoluzione sopra la carica, e la cura vescovile; non istimando che affare così importante si potesse risolver da' Concilj provinciali. Essendo poi frequentissimi cotali ricorsi, e cotali richieste nel X., e nell' XI. secolo, e divenute universali nel XII. secolo, questo consenso universale della Chiesa fece conoscer la necessità dell' apo-

(1) *Auctor oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas t. 2. nota ad § 7. cap. 4. p. 111. et seq.*

stolica autorità, e spiegò su questo punto il vero spirito degli antichi canoni, e stabilì generalmente quella disciplina, che si vede ora compresa nel nuovo diritto. Per la qual cosa Innocenzo III. nella lettera al vescovo di Faenza non solo dalla mente de' canoni, ma ancora dalla consuetudine ottima interprete della legge ripete quel diritto, che asserisce al Romano Pontefice, come vicario di Gesù Cristo, di sciorre il vincolo spirituale, che strigne il vescovo colla Chiesa. »

« Da tutto questo puossi agevolmente comprendere che a gran torto Gianone col suo Dupino ascrive ad usurpazione de' Papi il diritto d'ammettersi solamente dal Romano Pontefice le cessioni, le rinunzie, o le resignazioni de' vescovati, quando questo diritto molto tempo prima che sopra di ciò emanasse alcuna decretale de' Papi era stato già dichiarato dalla consuetudine universale della Chiesa, la quale avea conosciuta la necessità di ricorrere alla santa Sede per lo scioglimento legittimo di quel vincolo, che strigne i pastori colle loro Chiese, affinchè si ovviasse a' disordini, che per queste rinunzie succedevano in pregiudizio delle Chiese, che sovente di buoni pastori restavano prive. E da tutto questo ancora apparisce quanto francamente il De Marca attribuisca ad Innocenzo III. l'origine di questa riserba; mentre è certo, che le prime lettere di questo Pontefice toccanti una tal riserba, e raccolte poi nel corpo delle decretali di Gregorio IX. (1), furon date nel fine del duodecimo secolo. Da questo gran Pontefice bensì e dalla sua famosa decretale inserita nel corpo del diritto comune (2) da lui indirizzata al vescovo di Cagliari nel principio del XIII. secolo dobbiam riconoscere la deter-

(1) *Cap.* 1., 2. *et* 3. *de translat.*
(2) *Cap. Nisi cum pridem X. de renunciat.*

minazione di quelle legittime cause che rendon lecito a' vescovi domandare alla Sede apostolica la dimissione del vescovato, e per le quali possono dal Romano Pontefice concedersi le rinunzie » (1).

CAPUT XIX.

De Romani Pontificis potestate deponendi episcopos.

« Peremptoriam dare sententiam, inquit s. Bernardus, » ad depositionem episcoporum solius Romani Pontificis » noscitur esse » (2).

Usque a primis saeculis, quemadmodum quidam auctor scribit (3), Romani Pontifices episcopos deponere visi sunt, nullo valide reclamante Concilio. Decurrente tempore vel per se, vel per alios idem ipsum praestitere; tempestatibus his ultimis pacifice eadem consuetudo servata est. Cui bono itaque perstrepere contra jura ordinaria, et contra consuetudinem semper alicubi servatam a Romana Sede? Quod si aliquando depositiones hujusmodi a Conciliis inscio Pontifice, vel eo invito invectae,

(1) *Bianchi della potestà e polizia della Chiesa tom. 5. part. 1. lib. 3. cap. 4. § 2. pag. 470. et seq.*

(2) *S. Bernardus epist. 239. ad Eugenium.*

(3) *Auctor oper. cui tit. Italus in Febronii vindicias a Daniele Bertonio expositas in illius 3. tomo inscripto causa bona Justini Febronii adversus P. Viatorem a Cocaleo epist. 29. § 2. resp. 2. p. 256.*

Circa Papae potestatem deponendi episcopos vid. Devoti instit. canon. lib. 1. tit. 3. sect. 1. § 18. Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate. p. 2. t. 12. Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib. 3. cap. 4. § 2. tom. 5. par. 1. vid. Auctorem operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas t. 2. nota ad § 8. cap. 4. Zaccaria Anti-Febronio par. 2. lib. 1. cap. 6. et Anti-Febron. vindicat. par. 3. dissert. 8. cap. 4. Suarez. disp. 10. de Sum. Pontif. sect. 2. n. 18. Berardi de deposition.

et executae fuerunt, dicendae tamen forent irregulares ut ait P. Zacharias. Consequenter quamvis apostolica auctoritas in episcoporum depositione ab episcopis facta, vel in Conciliis non semper nominetur, attamen non inde sequitur episcopos e propria Sede fuisse dejectos absque Pontificis requisitione. Haec enim semper necessaria credita fuit ut acta suam firmitatem acquirerent, uti testatus fuit Bonifacius I. Romanus Pontifex in causa contra Maximum Valentiae episcopum a suis Clericis Papae denuntiatum.

ARTICULUS I.

Afferuntur exempla depositionum episcoporum quae a Romanis Pontificibus peractae fuerunt.

Plurima in ecclesiastica historia reperiuntur depositionum episcoporum a Romanis Pontificibus peractarum exempla. Felix III. Acacium Constantinopolitanum ab episcopatu deposuit (1). Nicolaus I. in epistola ad Michaelem enumerat octo Patriarchas Constantinopolitanos, quos Romani Pontifices deposuerunt, Flavianum Patriarcham Antiochenum deposuit Damasus, ut scribit Theodoretus (2).

« Agli antichi esempj di deposizioni de' vescovi fatte
» da' Romani Pontefici, inquit Gerdil, altro antichissimo
» si può aggiungere registrato in un frammento della let-
» tera IX. di s. Cornelio a Fabio vescovo di Antiochia,
» presso Coustant. Avea l'empio Novaziano tratto a Roma
» da una picciola miserabile parte dell' Italia che non si
» nomina, tre vescovi, uomini rozzi, e semplici: e fattili

(1) *Vid. Antonium Gardini cap.* 6. *de Rom. Pontif. tom.* 1. *p.* 153.

(2) *Theodoretus lib.* 5. *histor. cap.* 23. *Bellarminus de Roman. Pontif. lib.* 2. *cap.* 18.

» chiudere, e lautamente trattare in un albergo, si fece
» da essi ordinare vescovo. Indi a non molto l' uno di
» essi tornò alla Chiesa, confessando con gemiti, e lagri-
» me il suo peccato. *Quem nos dice* il santo Pontefice,
» *cum universus populus praesens deprecatus esset, ad*
» *communionem laicam suscepimus: reliquis etiam (duobus)*
» *episcopis successores ordinavimus, eosque in loca illorum*
» *misimus*. Ecco come alla metà del terzo secolo esercitò
» s. Cornelio senza contrasto il diritto di deporre vescovi
» colpevoli, e di ordinare in luogo loro altri vescovi » (1).

« Nè meno insigne, inquit Gerdil, fu il fatto della de-
» posizione di Antimo, e della ordinazione di Menna in
» luogo di lui nella Sede di Costantinopoli. Onde ben
» disse Natale Alessandro (2) *primatum gloriosius exercere*
» *non potuit Romanus Pontifex, quam Constantinopoli-*
» *tanum Patriarcham haereticum exauctorando, et in ejus*
» *locum alium ordinando, idque nulla Synodo convoca-*
» *ta* » (3).

Damasus P. uti refert auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, Timotheum episcopum Berytensem, alias Antiocheno Patriarchae subjectum deposuit, et dum decretum Pontificium vel suppressum, vel statim executioni datum non fuit, orientales rursum a Papa sententiam petierunt. Rescripsit Damasus: « quid igitur depositionem
» Timothei a me denuo postulatis, qui et hic judicio Se-
» dis apostolicae, praesente etiam Petro Alexandrinae
» Urbis episcopo depositus est una cum magistro suo Ap-
» pollinare? »

(1) *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate tom. 12. edit. Rom. p.* 145.

(2) *Hist.* 6. *Saec. c.* 2. *art.* 7.

(3) *Gerdil cit. loc.*

Caelestinus P. in Nestorium sententiam depositionis pronuntiavit, constituto in hunc finem Cyrillo legato apostolico, quae dein a Concilio ephesino executioni data fuit.

S. Leo Dioscorum damnavit, et dejecit, teste s. Gelasio P. (1). Dein legati s. Leonis in Concilio chalcedonensi dixerunt. « Sanctus et Beatissimus Papa, caput universalis » Ecclesiae Leo per nos vicarios suos, Petri apostoli prae» ditus dignitate, episcopali eum (Dioscorum) dignitate » nudavit » (2).

A clarissimo Zacharia affertur etiam depositio Pauli Monothelitae per haec verba: « Teodoro Pontefice eser» citò la medesima autorità contro un altro vescovo di » Costantinopoli, che fu Paolo Monotelita. Questo Pon» tefice e con sue lettere, e per mezzo de' suoi apocrisarj » cercò di ridurlo alla cattolica verità, ma tutto indarno. » In fine venne Teodoro alla sentenza contro di lui, e lo » depose; di che abbiamo testimonj e Anastasio biblio» tecario nella vita di questo stesso Pontefice, e gli abati » e monaci greci di Roma nel memoriale presentato a » Papa Martino I. successor di Teodoro nel Concilio di » Laterano » (3).

(1) *Gelas. P. epist.* 13. *ad episc. Dardaniae.*

(2) *Auctor oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas tom.* 2. *nota ad* § 8. *cap.* 4. *p.* 133. *et seq.*

(3) *T.* 10. *Con. Mans. edit. col.* 907.

ARTICULUS II.

Refutatur De Marca.

Doctissimus Bianchi agens de episcoporum depositionibus ita adversus de Marca scribit: « Per dir qualche cosa contro il de Marca, che le reputa riservate nuovamente alla Sede apostolica contro l' antica disciplina, e in pregiudizio de' Synodi provinciali, basterà osservare, che intorno al tempo, nel quale egli si persuade, che i Romani Pontefici si arrogarono il diritto, che senza la loro autorità non si potessero deporre i vescovi dalle loro Sedi egli ha contro di sè la testimonianza di quasi tutti i vescovi della stessa Francia, i quali assai prima del tempo, in cui egli fissa lo stabilimento di questo diritto, lo riconobbero, e lo confessarono ne' Romani Pontefici, e li pregarono ad usarlo per decoro, e stabilità del supremo ordine vescovile. Scrive egli, che Nicola I. fu quello che prima di tutti propose questa regola, che i vescovi non si posson deporre da' Sinodi senz'autorità della Sede apostolica, nella lettera che scrisse al clero di Francia nella causa di Ratado vescovo di Soissons, da lui restituito nella Sede, da cui era stato deposto. Dice il De Marca, che il Pontefice appoggiava questo diritto sulle false suppositizie decretali de' primi Romani Pontefici, raccolte nel codice Isidoriano. Sebbene il Pontefice parla delle decretali de' suoi predecessori, non favella però di quelle spurie, che trovansi nella raccolta d'Isidoro; anzi egli sostiene questo diritto colla certissima indubitatissima decretale di s. Innocenzo I. a Vittricio, nella quale si stabilisce la riserba delle cause maggiori al giudizio ed all'autorità della Sede apostolica; e dalla quale dimostra, che le cause dove si tratta della deposizione de' vescovi

sono cause maggiori, valendosi anche in ciò della certissima decretale di s. Leone Magno ad Anastasio vescovo di Tessalonica, nella quale si stabilisce espressamente, che gli affari gravi de' vescovi, dove meritino gran pena, sono riposti tra le cause, e i negozj maggiori che risolver non si possono senza il giudizio della Sede apostolica Romana. »

« L'anno 867, verba sunt ejusdem Bianchi, tutti i vescovi di Francia congregati nel Sinodo di Troyes coll'intervento di sei metropolitani, in fronte de' quali si vede l'istesso Immaro, non solamente confessarono questo diritto antichissimo del Romano Pontefice, ma istantemente pregarono Nicola I. acciocchè sfoderasse la spada spirituale contro i metropolitani, e contro i vescovi ad essi conniventi, e con nuovo decreto confermasse i decreti dei suoi predecessori, cosichè nè allora nè dappoi in avvenire nessun vescovo fosse deposto dal suo grado senza consultar prima la Sede apostolica, e che ciò domandarono per onore, e per stabilimento dell'ordine vescovile » (1).

« Or ciò che questo scrittore (De Marca) ascrive ad usurpazione de' Papi fatta nel fine del X. secolo, i vescovi di Francia poco dopo la metà del secolo IX. attribuirono ad antichissimo diritto della Sede Romana. Ciò ch'ei reputa audacia de' Papi nell'arrogarsi i diritti de' metropolitani e de' vescovi comprovinciali, i vescovi di Francia ascrivono ad uso necessario dell'antorità della s. Sede per reprimer la temeraria presunzione de' metropolitani, e l'audace connivenza de' vescovi. Ciò ch' egli stima un giogo posto sopra le cervici de' vescovi, i Padri di Fran-

(1) *Epist. Synod. Concil. Tricassin. ad Nicolaum I. apud Labbè tom. 10. Concil. edit. Venet. col.* 378.

cia credono un privilegio del sagro ordine vescovile, 'acciocchè non vacilli, e non vada poi del tutto a cadere » (1).

ARTICULUS III.

Febronii objectum diluitur.

Febronius asserit Papae aliquid privilegii collatum fuisse, quod ex positivis legibus ei minime competeret, ejusmodi casus insolitos extra ordinem contingentes communem non tollere legem; tandem plures episcopos in Synodis provincialibus depositos recenset.

Sed responsionem audiamus quam praebet auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas. Ergo privilegium est concessum Pontifici quod Julius I. jam ante Concilium Sardicense *consuetudinem*, alii veteres scriptores *canonem* et *regulam Ecclesiasticam* vocant, atque in *cura universali*, et *Sedis dignitate*, ideoque in primatu fundant? Privilegio episcoporum non indigebat, qui teste Nicolao I. *privilegia sua per Petrum a Christo consecutus est.* Et Bonifacius I. epist. ad episcop. Thessal. teste Luca Holstenio et Christiano Lupo ait. « Nicaena Synodus non » aliquid ausa est supra eam (Ecclesiam Romanam) con- » stituere, cum viderit, nihil supra meritum suum posse » conferri: omnia denique noverat Domini sermone con- » cessa. »

Deinde quaero quo jure illi casus extra ordinem fiebant? An jure intrinseco primatus? Igitur Pontifex vi

(1) *Bianchi della potestà e polizia della Chiesa tom.* 5. *par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. § 2.

primatus habet jus deponendi episcopos. Vel jure devoluto ab Ecclesia, et episcopis; igitur Sanctissimi illi Pontifices et tota Ecclesia decepti fuere, quando illi propria et apostolica auctoritate in hisce judiciis se agere profitebantur, neque Ecclesia et episcopi unquam contradixerunt, sed tale judicium tanquam ab auctoritate D. Petri, et primatus profectum agnoverunt. Num extra ordinem contingebat, quando legati Leonis in publica Synodo generali pronuntiarunt: *Leo Petri apostoli praeditus dignitate Dioscorum episcopali dignitate nudavit?* Talia in publicis, et a publicis Conciliis proferri, nemine contradicente, ad casus extra ordinem contingentes, et insolitos pertinere nemo somniaverit.

Tandem si multae depositiones episcoporum in Conciliis factae sunt, quid inde lucratur Febronius? Ergo Pontifices nullum deposuerunt? sed hoc falsum est. Vel saltem non habent jus deponendi? et tamen hoc publice etiam coram Conciliis propria auctoritate exercuerunt, nemine reclamante tam in orientali, quam occidentali Ecclesia; igitur jus illud contradici non potest; vel tandem privative hoc jus ad Rom. Pontificem non pertinet, at ostendere debuisset Febronius, omnes illas depositiones in Synodis sine jussu, praescitu, aut consensu Rom. Pontificis factas, neque postea ab eo confirmatas, vel approbatas fuisse (1).

(1) *Auctor oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas tom. 2. nota ad § 8. cap. 4. p. 138. et seq.*

CAPUT XX.

De Romani Pontificis potestate episcopos depositos restituendi.

Plurimorum episcoporum ab aliis depositorum restitutionem a Romanis Pontificibus fuisse peractam Ecclesiastica nos edocet historia. Sic Julius I. Athanasium (1); Leo Magnus Theodoretum; Nicolaus I., Photio dejecto, Ignatium ad Sedem, quae sublata ei fuerat, restituit (2). Paulum Constantinopolitanum et Marcellum Ancyranum episcopos a Synodo Orientali depositos Julius I. restituit (3).

Aliud exemplum affert etiam doctissimus Marchetti per haec verba: « Nelle celebri controversie che dopo la metà del nono secolo con tanto calore agitaronsi infra Rotado vescovo di Soissons ed il rinomato Incmaro di Reims, dopo un lungo circuito, sul quale può consultarsi un'espressa dissertazione di Natale Alessandro, il Pontefice Nicolò I. solennemente ristabilì nella sua Sede Rotado, che dal Sinodo provinciale era stato deposto (4). »

(1) *Audita Julii sententia, inquit Michael Casalis vindic. jur. Eccl. praeloq., contempto tot episcoporum judicio Alexandrini Athanasium, Constantinopolitani Paulum, et caeterae Ecclesiae suos quaeque episcopos receperunt, utque Hieronymi verbis utar adversus Lucifer. « Omnes » episcopi, qui de propriis sedibus fuerant exterminati ad Ecclesias » redeunt, tunc triumphatorem suum Athanasium Egyptus excepit; » tunc Hilarium de praelio revertentem Galliarum Ecclesia complexa » est; tunc ad reditum Eusebii lugubres vestes Italia mutavit. »*

(2) *Antonius Gardini episc. Cremens. t. 1. cap. 6. de Rom. Pontif.*

(3) *Gelasius in epist. ad episcopos Dardaniae. Sozomenus lib. 3. cap. 6. Bellarminus de Rom. Pontif. lib. 2. cap. 18.*

(4) *Marchetti critica della storia Ecclesiast. di Fleury t. 2. art 2. cap. 2. n. 29.*

Habemus etiam cxemplum s. Joannis Chrisostomi de quo sic scribit auctor operis cui titulus, De l'autorité des deux puissances: « S. Jean Chrysostome ayant été déposé » en appelle à Innocent I. .. Le Pape casse en effet le dé- » cret du Concile, rétablit s. Chrysostome, et dépose » Acace qu'on lui avoit substitué (1). »

CAPUT XXI.

De Romani Pontificis potestate concedendi pallium.

« Non alia magis, inquit Barthel (2), quam auctoritate apostolica pallium communicatum fuit; » et postquam affirmaverat quemadmodum in republica summi Principis est politicas dignitates, ornamenta et insignia tribuere; ita et in Ecclesia ecclesiasticos honores, spiritualia jura, tesseras, et symbola; « neminem praeter eum, quem » Ecclesiae universae praeposuit Dominus recte elargiri. » Addit deinde: «Cum pallium de corpore D. Petri assumi » hodie dicatur, quis alius praeter summum Pontificem » tanquam s. Petri successorem, atque ėjusdem auctori- » tate dotatum dare illud poterit (3)? »

(1) *Auctor operis cui tit. de l'autorité des deux Puissances tom.* 2. *chap.* 2. § 1, *art.* 2.

(2) *Barthel dissert. de Pallio cap.* 2.

(3) *Vid. Auctorem oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas t.* 4. *p.* 236.

ARTICULUS I.

An antiquae sint, Pallii concessiones a Romanis Pontificibus factae.

Doctissimus Bianchi, agens de jure quo Romani Pontifices usi sunt in concedendis palliis, haec scribit: « Lungo » tempo prima di Vigilio fu il pallio conceduto dal Pon- » tefice Simmaco nel principio del sesto secolo a Cesario » vescovo di Arles. Anzi l'istesso Pontefice Simmaco con- » cedette l'uso del pallio anche a Teodoro vescovo di » Lorck, metropoli allora della Pannonia (1). Nè già è » da credere che Simmaco il primo fosse de' Pontefici » Romani, che di quest'onore del pallio ornasse i vesco- » vi, o costituiti vicarj della Sede apostolica, ovvero me- » tropolitani, ancorchè di queste concessioni non si rin- » vengano memorie prima di lui; conciossiachè si dice » che Simmaco nel concederlo seguiva il costume de' mag- » giori (2). »

Quidquid sit de pallii concessionibus, inquit Benedictus XIV., quae a nonnullis traduntur per sanctum Linum, aut per sanctum Sylvestrum indultae, uti videre est apud Sandinum in vita s. Marci Papae, nos, inquit Benedictus XIV., libenti animo assentimur cardinali Baronio ad annum 336, et Pagio Breviar. Gestor. Rom. Pontif. tom. I. in vita s. Marci, qui auctoritate libri pontificalis primum exemplum concessionis pallii, simplici episcopo factae, acceptum referunt s. Marco Papae, qui hoc insigni donavit episcopum Ostiensem, ob eam qua jam tum fruebatur

(1) *Vid. epist.* 11. *Symmachi ad Theodor. Laureacensem apud Labbè tom.* 5. *Concil. edit. Ven. col.* 440.

(2) *Epist. cit. Symmachi apud Labbè loc. cit. Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa t.* 5. *lib.* 3. *cap.* 2. §. 2.

praerogativa consecrandi Romanum Pontificem, qui non antea episcopus inunctus fuerat (1).

« Or se al vescovo d'Ostia, subdit laudatus Bianchi, » per lo diritto che egli godeva di consacrare il vescovo » di Roma, ancorchè metropolitano non fosse, nè vicario » della Sedia apostolica, fu stimato conveniente da s. » Marco conceder l'onore del pallio pontificio, e farlo in » certo modo partecipe dell'apostolica dignità, non par » cosa simile al vero, che questo medesimo onore non » fosse comunicato ad altri vescovi, cui erano commesse » le veci della Sede apostolica nelle provincie d'Occi» dente (2). »

Benedictus XIV. ostendit: « Quamvis pallium sacrum sit insigne Romano Pontifici praecipuum, coepisse tamen Romanos Pontifices illud ipsum indulgere, non omnibus quidem archiepiscopis, sed paucis quibusdam, et ea fortasse de causa, quod hi ab ipsis constituerentur vicarii apostolici; quapropter vetustioribus temporibus uni per universam Galliam Arelatensi archiepiscopo pallium concessum legitur; in Hispaniis Hispalensi, Salonitano in Dalmatia, Ravennati in Italia, Syracusano in Sicilia, Calaritano in Sardinia, uti erudite demonstrat cardinalis Bona (3), Thomassinus (4), et octavo dumtaxat exeunte saeculo, eam obtinuisse consuetudinem, ut omnibus indiscriminatim archiepiscopis pallium indulgeretur (5). »

(1) *Benedictus XIV. de Synod. diaeces. lib. 13. cap. 15. n. 8.*

(2) *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa t. 5. lib. 3. cap. 2. § 2. n. 1.*

(3) *Card. Bona rer. liturgicar. lib. 1. cap. 24.*

(4) *Thomassinus de benefic. par. 1. lib. 2. cap. 54.*

(5) *Tom. 2. operum posthum. Mabillonii ubi inserta legitur erudita dissertatio Theoderici Ruinart de Pallio archiepiscopali pag. 457. cap. 11.*

Benedictus XIV. de Synod. diaeces. lib. 13. cap. 15 n. 7.

ARTICULUS II.

Pallium non est novum quoddam servitutis vinculum ad subjugandos Papae Metropolitanos excogitatum.

Audire praestat clariss. Bianchi adversariorum calumniam hac de re hisce verbis refellentem: « Resta aper» tamente convinta e confutata la calunnia di coloro, i » quali osarono asserire, che il pallio altro non fosse, che » un nuovo laccio di servitù, il quale astutamente fosse » inventato da' Romani Pontefici per soggiogare alla loro » autorità i metropolitani, come Gianone dal suo Dupi» no, e questi da Pier di Marco scrive, dicendo Giannone, che essi trassero a sè ancora tutte le ragioni de' me» tropolitani intorno alle ordinazioni per la concessione » del pallio, che lor mandavano: imperocchè dal passo di » s. Gregorio nella lettera alla Regina Brunichilde resta » confutata questa menzogna, e come osserva il dotto » Tommasino, pare che il santo Pontefice prevedesse e » sovvertisse questa calunnia. » *Quasi antea praevidisset » animo, et eorum praevertere voluisset calumniam, qui » posterioribus his saeculis dixere pallium novum quod» dam esse servitutis vinculum, quod astute excogitatum » sit ad subjugandos Romano Pontifici metropolitanos. » Cum contra solis principum vehementioribus precibus, » et episcoporum votis ac diligentiae illud ab eo fuerit » semper concessum* (1). »

« Per la concessione del pallio, inquit idem Bianchi, si » accrescevano, e non si diminuivano punto le ragioni de' » metropolitani (2). Se il pallio era un giogo astutamente

(1) *Thomassinus de vet. et nov. Eccl. discipl. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 54. *n.* 7.

(2) *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa t.* 5. *lib.* 3. *cap.* 2. § 2. *n.* 7. *et* § 3. *n.* 6.

» imposto ai metropolitani dai Papi per soggettar la loro » dignità, e l'uso di essa alla Sede Romana per abbatter » l'autorità de'Concilj provinciali, come dice il De-Marca; » per qual cagione i Concilj non dico provinciali, ma » nazionali di Francia domandarlo al Romano Pontefice » con tanta istanza? Perchè impegnarsi con tanto calore » i Regi stessi di Francia in questa domanda?.. Se il » pallio è un giogo di servitù, non i Papi, ma gli stessi » vescovi l'hanno cercato. Il vero però è, che la ragione » per cui i Concilj ed i Principi si muovevano a doman» darlo, era perchè con esso si rendea più forte e più sta» bile l'autorità de' metropolitani, munita coll'autorità » apostolica (1). »

« Si Romani Pontifices, inquit Amat de Graveson (2), per usum pallii novam servitutem episcopis imponere intendissent, omni procul dubio nec Reges in gratiam metropolitanorum suorum unquam istud pallium a Romanis Pontificibus postulassent; nec metropolitani novam et insolitam hanc servitutem sibi imponi passi fuissent. Promittebant quidem metropolitani et episcopi qui pallium obtinebant, obedientiam Romano Pontifici, utpote Christi vicario, sed nemo dixerit hanc omni aevo praestitam obedientiam appellari debere servitutem, cum potius necessarium sit officium quo metropolitani et episcopi sese juxta sacros canones exolvere deberent, obediendo Romano Pontifici(3). »

(1) *Bianchi cit. loc.* § 4. *n.* 11.

(2) *Amat de Graveson hist. Eccl. saec.* 9. *tom.* 3. *colloq.* 6. *edit. Venet. pag.* 201.

(3) *Vid. Robertum Sala in not. ad card. Bona t.* 1. *p.* 276. *vid. Rupprecht notae historic. in univers. jus canonic. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 72.

ARTICULUS III.

Pallii concessio simoniaca caeremonia nequaquam est.

Non ignoro Protestantium opinionem, pallii nempe concessionem, hodie in caeremoniam simoniacam evasisse, eo quod a Sede Romana archiepiscopis pro numerata pecunia vendatur. Sed haec est manifesta calumnia Sedi apostolicae illata. Ecclesia respublica quidem sacra est, inquit Theodorus Rupprecht, visibilis tamen et exterior, inter homines hac in terra constituta; unde quamvis sacra haec respublica mediis praecipue sacris et spiritualibus, atque ad fines spirituales dirigatur, subsidiis tamen etiam temporalibus carere non potest. Et cum Ecclesiae ministri, antistites, et ipse summus Pontifex ex hominibus assumpti sint, humanis sine mediis neutiquam subsistere possunt, de quibus ipse Christus iisdem provisum voluit (1), et in eo Paulus apostolus totus est, ut hanc temporalia ministris Ecclesiae subsidia praestandi necessitatem inculcet (2).

Hae praestationes non veluti pretia et merces sacrae investiturae, quae per concessionem pallii de sacra dignitate tribuitur, exiguntur et solvuntur, sed eodem vero et reali titulo subventionis, vel subsidii propter supremam curam universae Ecclesiae summo Pontifici incumbentem, nec non pro sustentatione necessariorum officialium propter commune eidem summo Pontifici praestandum consilium et operam, pendi soleant (3).

(1) *Lucae* 10. *v.* 7.
(2. *I. Corint.* 9. *v.* 13.
(3) *Rupprecht notae historicae in univers. jus canonicum tit.* 6. *n.* 75, 77, 80.

CAPUT XXII.

De Romani Pontificis jure coadjutorias cum futura successione concedendi.

Coadjutorem perpetuum seu cum jure successionis, solum Papam dare posse, Schmier (1), Pichler (2), Leurenius (3), Pirhing (4), Gonzalez (5), Fagnanus (6), Maschat (7), Engel (8), Schmitz (9), Huth (10), aliique canonistae firmiter ostendunt, quibus consonat doctissimus Bianchi, ita scribens: « Essendo le coadjutorie vescovili » colla futura successione proibite da'canoni antichissimi » venerati da tutta la Chiesa, abborrite dalla Sede apo» stolica, e dallo stesso nuovo diritto canonico riguardate » come odiose (11); quindi avviene che dove mai alcuna » giusta e necessaria causa richieda, che ad alcun vescovo » si conceda il coadjutore colla futura successione, ciò » solamente si faccia con autorità del Romano Pontefice, » cui solo appartiene il dispensar sopra i canoni de' Con» cilj generali, e sopra i decreti della Sede apostolica,

(1) *Schmier jurisprudent. canonic. civil. lib.* 3. *tract.* 1. *par.* 2. *cap.* 3. *sect.* 9. *n.* 414.

(2) *Pichler lib.* 3. *decretal. tit.* 6. *de clerico aegrotante, vel debilitato.*

(3) *Leurenius de coadjutoriis q.* 330.

(4) *Pirhing. lib.* 3. *decret. tit.* 6.

(5) *Gonzalez in cap. consultationibus de clerico aegrotante vel debilitato n.* 5.

(6) *Fagnanus in cap. nulla de concession. praebend. n.* 68.

(7) *Maschat lib.* 3. *decretal. tit.* 6. *n.* 6.

(8) *Engel eod. tit. n.* 7.

(9) *Schmitz eod. tit. q.* 2.

(10) *Huth eod. tit. q.* 3.

(11) *Cap. accepimus de pactis Petrus Gregorius de beneficiis cap.* 30. *Gonzalez in* 3. *decret tit.* 6. *comment in cap. consultationibus n.* 4.

» come ancora dichiarò il sacro Concilio di Trento (1). »

Neque dissentit clarissimus Zacharia, cujus haec sunt verba: « La riserva di tali coadjutorie, quando mai al- » cuna giusta e necessaria causa richiegga, che ad alcun » vescovo si conceda il coadjutore colla futura successio- » ne, appartiene al solo Romano Pontefice non per eccle- » siastica costituzione, ma per diritto del suo primato, » in quanto cioè egli solo può dispensar sopra i canoni » de' Concilj generali, e sopra i decreti della Sede Ro- » mana (2). »

ARTICULUS I.

Per reservationem concessionis coadjutoriae cum futura successione, Metropolitanorum, Synodorumque provincialium jura imminuta non fuere.

Metropolitanorum autem, Synodornmque provincialium jura per reservationem concessionis coadjutoriae cum futura successione, nequaquam fuisse imminuta, egregie sic ostendit Bianchi: « È una mera illusione l'immaginarsi, che per questa riserba sia stato diminuito il diritto de' metropolitani, o de' Sinodi provinciali; mentre nè questi,

(1) *Bianchi della potestà e polizia della Chiesa t.* 5. *par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. § 3. *n.* 1.

Trident. Concil. sess. 25. *de Reform. cap.* 7. « *Si Ecclesiae Cathe- » dralis urgens necessitas, aut evidens utilitas postulat Praelato dari » coadjutorem, is non alias cum futura successione detur, quam haec » causa prius diligenter a sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, et » qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quae a jure, et decre- » tis hujus sanctae Synodi in episcopis, et praelatis requiruntur; alias » concessiones super his factae, subreptitiae esse censeantur.* » *Vid. Benedictum XIV. de Synod. diaeces. lib.* 13. *cap.* 10. *n.* 29. *edit. an.* 1755. *vid. Giraldum exposit jur. Pontific. par.* 2. *tom.* 3. *pag.* 1061.

(2) *Zaccaria Anti-Febronio par.* 2 *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 21.

nè quelli hanno mai avuto o potuto aver diritto di concedere a' vescovi coadjutori colla successione nel vescovato. E comechè non si voglia contrastare, che i metropolitani a' vescovi suffraganei, ed i Sinodi a' metropolitani potessero assegnar coadjutori senza la futura successione prima del secolo XIII., e sino all'anno 1298 in cui Bonifacio VIII. dichiarò, che la concessione de' coadjutori de' vescovi e de' Prelati ecclesiastici appartenesse alle cause maggiori da riferirsi alla s. Sede (1); contuttociò non fu mai lecito ai metropolitani ed a' Sinodi concedere a' vescovi coadjutori colla successione del vescovato, abborrendo tal cosa da tutti i canoni, e dallo spirito della Chiesa (2). »

CAPUT XXIII.

De Romani Pontificis jure circa annatas.

ARTICULUS I.

Annatae quid sint, et quomodo dividantur.

Juxta Maschat, Pichler, et Fagnanum, Huth, annatae sunt certae pensiones, et certae pecuniae quantitates, quae ex episcopatuum, aliorumque beneficiorum fructibus primi anni, camerae apostolicae solvuntur (3).

Annata, ut inquit Fagnanus, est nomen generis, quod

(1) *Cap. pastoralis de cleric. aegrot. vel debilit.*

(2) *Bianchi della potestà e polizia della Chiesa tom. 5. par. 1. lib. 3. cap. 4. § 3. n. 1.*

(3) *Maschat lib. 5. decretal. tit. 3. n. 39. Pichler lib. 3. tit. 5. n. 61. Fagnanus in cap. praeterea, ne Praelati vices suas lib. 5. decretal. n. 8. Huthlib. 3. decret. tit. 5. q. 15.*

in plures species dividitur, quarum prima est annata proprie sumpta. Secunda species commune servitium nuncupatur. Tertia dicitur minuta servitia. Quarta quindennium appellatur (1).

Annatae specifice, ut animadvertit Maschat, sunt dimidia pars fructuum primi anni, obveniens soli Papae ex beneficiis inferioribus, et regularibus, non consistorialibus, hoc est quae in consistorio Papae non conferuntur, dummodo redditus anni excedant 24 aureos (2). Maschat consonat Fagnanus, qui ita scribit: annata solvitur pro omnibus beneficiis inferioribus praeter episcopatus et abbatias consistoriales, et est dimidia pars veri annui valoris fructuum beneficii vacantis, et haec integre summo ipsi Pontifici relinquitur. Hodie annata hujusmodi dicitur Bonifaciana, eo quia forma exactionibus, qua curia utitur, ortum duxit a Bonifacio IX.: antea enim per Pontifices exigebantur, mediantibus eorum commissariis, fructus integri unius anni per triennium, tertia pars quolibet anno, reliquis duabus tertiis proviso relictis. Sed Bonifacius reduxit annatae solutionem ad medietatem valoris annui fructus, cum onere tamen, ut provisus anticipate de propriis pecuniis in relatione suarum literarum eam solveret. Hinc docet Fagnanus non ideo talem dictam esse annatam, quod complectatur omnes anni fructus, sed vel quia solvitur ratione fructuum primi anni, vel quia dicta annata per Bonifacium IX. introducta, successit in locum reservationis, quam antea Pontifices facere consueverant pro suis, et Romanae Ecclesiae necessitatibus de omnibus fructibus, et proventibus unius anni beneficio-

(1) *Fagnanus in cap. praeterea, Ne Praelati vices suas lib.* 5. *decretal. n.* 9.

(2) *Maschat lib.* 5. *decret. tit.* 3. *n.* 39. *vid. Pichler et Fagnanum cit. loc. Zallinger lib.* 3. *decret. tit.* 5. *n.* 93.

rum ad tempus vacantium, vel quae exinde usque ad triennium, vel aliud tempus in certis designatis provinciis vacarent: quos quidem fructus pro se et camera apostolica, Romani Pontifices per suos collectores percipiebant (1).

Communia servitia, inquit Pichler, solvuntur de praelaturis consistorialibus, seu illis, quas Papa confert in consistorio cardinalium, rogatis eorum suffragiis (2). Dicuntur commune servitium, inquit Fagnanus, quia ejus dimidium tribuitur Papae, reliquum sac. collegio cardinalium, et inter ipsos cardinales praesentes dividitur (3).

Servitia minuta, juxta Pichler ac Fagnanum, sunt portiones distribuendae inter Papae ministros, et officiales secundum proportionem taxae fructuum episcopalium, vel abbatialium (4). Appellantur minuta, inquit Fagnanus, tum quia sunt minutae partes annatae, tum quia partiuntur inter minores ministros (5).

Quindennia, juxta Pichler et Maschat, sunt dimidia pars fructuum unius anni, singulis 15 annis solvenda camerae apostolicae de quibusdam beneficiis unitis, quia nunquam amplius vacant post unionem; aut specialiter exemptis a commune reservatione beneficiorum (6).

(1) *Fagnanus in cap. praeterea, Ne Praelati vices suas etc. lib. 5. decret. n. 10. vid. Natalem Alexand. hist. Eccl. saec. 15. et 16. dissert. 9. art. 1. n. 11.*

(2) *Pichler lib. 3. decret. tit. 5. n. 61. vid. Maschat, Fagnanum, Huth, Zallinger cit. loc.*

(3) *Fagnanus in cap. praeterea, Ne Praelati vices suas lib. 5. decret. n. 11. Maschat cit. loc.*

(4) *Pichler, et Fagnanus cit. loc.*

(5) *Fagnanus in cap. praeterea, Ne Praelati vices suas lib. 5. decret. n. 12. vid. Maschat, Huth, Zallinger cit. loc.*

(6) *Pichler lib. 3. decret. tit. 5. n. 61. Maschat, Zallinger, Huth cit. loc.*

ARTICULUS II.

Annatarum origo.

Ab apostolico aevo (verba sunt Gerdilii), repetit Fagnanus, non quidem annatas, ut nunc penduntur, sed jus percipiendi subsidii, quod ab apostolico aevo in Ecclesia viguit, quodque cum multis diversisque ex rebus capi liceat, progressu temporis fuit aliqua ex parte in annatis constitutum. Et quidem naturalis, ac divini juris est sustentandae vitae subsidia illis impertienda esse, a quibus populi sacra percipiunt, atque ad christianae vitae officia, et munia instituuntur. Expressum, ac patens ea de re Christi oraculum ab apostolo promulgatum (1): « *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? . . . Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt; et qui altari deserviunt, cum altari participant? Ita et Dominus ordinavit iis, qui evangelium annunciant, de evangelio vivere.* » Hinc ut recte notat Bellarminus (2), licet veteris legis praecepta de decimis non obligent christianos ut judicialia erant, obligant tamen quatenus moralia, idest, quod pars aliqua fructuum sit sacerdotibus danda, atque adeo cum Christus nullum peculiarem subsidii ejus colligendi modum definite praescripserit, eumdem Ecclesiae judicio et auctoritate definiendum reliquit.

Itaque cum sacrorum administris subsidia deberentur, ad normam et exemplum veteris legis ab Ecclesiae primordiis institutum est, ut per varia oblationum genera, per primitias ac decimas, pro locorum, ac temporum op-

(1) *I. ad Corinth. c. 9.*
(2) *Bellarminus de clericis lib. 1. c. 25.*

portunitate debitum istud persolveretur. Nec vi hujus instituti, quod in hebraica gente viguit, decimas aut annatas in praecepto esse contendimus, sed ad normam divini ejus instituti congruentissime praeceptum esse, ut sacerdotibus decimae, annatae vero summo Pontifici, quasi decimarum decimae penderentur. Nuspiam equidem Christus expresse sanxisse legitur de fructuum decima Ecclesiarum administris contribuenda. Praeceptum Christi est, ut a fidelibus alantur, qui sacris praesunt; implendi autem praecepti modum iis Christus definiendum reliquit, quibus Ecclesiam regendam commisit (1).

ARTICULUS III.

Romano Pontifici jus competit exigendi annatas.

Si sacerdoti summo et Pontifici legis veteris, inquit Fagnanus, a minoribus sacerdotibus, et levitis decimarum suarum decimae ex divino praecepto solvebantur (2); cur loco decimarum exigere non debeat annatas a reliquis Ecclesiae ministris summus sacerdos, et Pontifex legis novae? Maxime vero quia ille summus sacerdos praeerat regimini solius populi Israelitici in concernentibus sacrificia, et holocausta; at Romanus Pontifex praesidet regimini totius populi christiani (3). Omnibus curam animarum habentibus debentur decimae; absurdum autem esset, ut summus Pontifex qui constitutus est pastor totius gregis Dominici (4), et omnium ecclesiarum curam, et

(1) *Gerdil animadversiones in Lakics praelectiones canonicas, de annatis Summo Pontifici solvendis t. XI. edit. Rom. p.* 353. *et seq.*

(2) *Numer.* 18.

(3) *Clement. Pastoralis de re judic. Extravag ex debito de election. inter comm.*

(4) *Joan.* 21. *c. significasti de elect.*

sollicitudinem gerit saltem a suis ministris in tanti laboris stipendium nihil exigeret.

Ecclesia universalis est unum corpus mysticum in multa membra divisum instar corporis humani (1); hujus autem mystici corporis caput est Romana Ecclesia; membra vero Ecclesiae inferiores per orbem diffusae; quemadmodum autem in corpore humano, singula membra debent capiti languenti opem ferre, ne alioquin capite languescente, ipsa quoque membra inficiantur; ita in mystico Ecclesiae corpore, Romanae Ecclesiae illius capiti languenti ob multiplices, quibus assidue premitur, necessitates, tenentur reliqua membra, idest Ecclesiae inferiores conferre temporalia subsidia. Ex privilegio apostolico, consuetudine, vel statuto induci potest, ut fructus primi anni, imo et duorum, vel plurium annorum, fabricae, episcopo, vel alteri cuipiam reserventur, non igitur longe magis summi Pontifices potuerunt medios fructus primi anni sibi reservare pro suis, et Ecclesiae necessitatibus (2)?

Nemini non exploratum est, inquit Thomassinus, quam abhorreret Gersonius ab adulatione, ubi Romanae curiae res agebatur. Et fatetur ille tamen, ut levitae veteris testamenti cum decimas ipsi a laicis acciperent, ipsos vicissim decimarum harum decimas exsolvisse Aaronico summo Pontifici; ita simillimo quodam munere a praelatis inferioribus colendum esse Romanum Pontificem, idque convenienter per annatas perfici (3).

(1) *Apost. ad Rom.* 12.

(2) *Fagnanus in cap. praeterea, Ne Praelati vices suas n.* 17. *et seq. lib.* 5. *decretal. Natalis Alexander hist. Eccl. saec.* 15. *et* 16. *dissert.* 9. *art.* 6. *t.* 18. *vid. Auctorem operis cui titulus, Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas tom.* 4. *nota ad* § 5. *cap.* 7.

(3) *Thomassinus p.* 3. *lib.* 2. *c.* 58. *n.* 8. *t.* 3. *vid. Gerdil. t. XI. edit. Rom. p.* 354.

Quare jure meritoque idem Thomassinus scribebat : « Ecqui caeterae Ecclesiae jam olim potuerant ad fabri- » cas templorum, vel ad alios usus seponere annatas be- » neficiorum? Ecqui potuerat hic usus statutis, consuetu- » dine, privilegiis, et praescriptione confirmari, denique » iis decretalibus, quae veluti micantissimae sunt juris » canonici hodierni faces; nec potuerit Ecclesia Romana » pari jure uti, et consimilem facere fructuum reserva- » tionem ad explicandas gravissimas temporum angustias » et difficultates? An fabricae et reparationis templorum » peculiarium majora sunt momenta, quam defensionis » Romanae Ecclesiae, in qua principatus residet aposto- » licae cathedrae? (1) »

Audire praestat etiam hac de re Cabassutium ita scribentem: « Potest Papa hoc jus imponere, et exigere non » ratione collationis, aut provisionis; sic enim conferret » rem sacram pretio pecuniario; sed cum habeat jus pro » sustentandis oneribus Pontificiis, quae gravia et multi- » plicia sunt, aliquid super proventibus dignitatum, et » beneficiorum imponendi, et impositum exigendi; quod » possunt etiam inferiores episcopi super dioecesis suae » beneficiis, titulo cathedratici, aut charitativi subsidii, ut » a sacris canonibus ipsis permittitur, aut pro erigendo et » fundando seminario, ut eis per Concilium Tridentinum » permittitur. Hae vero annatae imponuntur, ut aes a- » lienum Papae debitum, pro gravissimorum Papae in- » cumbentium onerum sustentatione (2). »

(1) *Thomassin. p.* 3. *lib.* 2. *c.* 58. *n.* 7. *tom.* 3. *vid. Gerdil t. XI. edit. Rom. p.* 357.

(2) *Cabassutius theor. et prax. jur. canon. lib.* 5. *cap.* 3. *vid. Gerdil t. XI. edit. Rom. p.* 358.

ARTICULUS IV.

Annatarum exactio et solutio a labe simoniaca vindicatur.

Annatarum a simoniae labe immunitas egregie probatur ex Ecclesiae consensu, et consuetudine, nec non ex constitutionibus Joannis XXII. Bonifacii IX. Pii II. Pauli II. Clementis VII. Julii III. Pauli IV. Pii V. et Sixti V. (1)

Sed praesto est altera ratio ex jure gentium deprompta, apud quas inferiores sacerdotes subsidia quaedam summo sacerdoti conferebant. Quanto magis ergo, inquit Fagnanus, Romano Pontifici, qui omnium christianorum curam gerit, debentur a suis sacerdotibus vitae subsidia? Hac enim ratione introductae sunt annatae et aliae pleraeque contributiones (2).

Hinc video Petrum Alliacensem libro de auctoritate Ecclesiae, annatarum exactionem et solutionem a labe simoniaca vindicare, ipsumque de statu summi Pontificis et DD. Cardinalium, ac de annatis ipsis debitis sic audio loquentem: « status praedictus, dum recipit, et quaerit » subventiones consuetas in oblationibus, decimis, vel » annatis, et similibus, non debet eo ipso de simoniaca » pravitate notari. » Cerno Gersonium libro de statibus Ecclesiasticis, Petri de Alliaco doctrinam sequi (3).

Idipsum luculentissime a clarissimo Zacharia per haec verba confirmatur: « altro è pagare le annate per la col-

(1) *Vid. Natalem Alexandrum hist. Eccl. saec.* 15. *et* 16. *dissert.* 9.

(2) *Fagnanus in cap. praeterea, Ne Praelati vices suas lib.* 5. *decretal. n.* 42. *vid. Auctorem operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas tom.* 4. *nota ad* § 5. *cap.* 7.

(3) *Vid. Natalem Alexandrum hist. Eccl. saec.* 15. *et* 16. *dissert.* 9. *art.* 3.

» lazione, o provvisione del benefizio, altro è pagarle nella
» collazione del benefizio, ma non per la collazione, sebbene a titolo di riserva de' frutti, di sovvenzione ecc.
» Questo non è per alcun modo simonia; quello sì, ma
» che ha a fare colle annate? Elle non si pagano per la
» collazione del benefizio (1). »

Hac de re consentientem quoque habemus cardinalem Pallavicinum ita scribentem: « Le annate non furono imposte da' Pontefici con un tale od altro patto, nè per
» convenzione co'principi secolari della Germania, ma si
» riscuotono da' beneficj di tutta la cristianità in luogo di
» decime dovute per sostentamento del sommo sacerdote
» dagli altri minori ecclesiastici, il quale per bene del
» cristianesimo dee non solo mantener la sua corte composta di molti ufficiali nobili, ma dar sussidio a' poveri
» cardinali, provvisionar tanti nunzj, ajutar tanti bisognosi, e premiar tanti benemeriti (2). »

Nemo autem Gallicanae Ecclesiae tribuat, inquit Natalis Alexander, quod nationis gallicanae deputati contra annatas apud Constantiense Concilium scripserunt, cum florentissimam illam Ecclesiam sufficienter non repraesentarent, nec Petrus de Alliaco, et Joannes Gersonius, aliique praesules, et doctores, annatas simoniae damnarent.

Illi praeterea nationis gallicanae deputati simoniae notam annatis affinxerant, errore facti, quia propter confirmationem electionum, et promotionum ad Ecclesiasticas dignitates, sacrum illud tributum exigi sunt arbitrati. At exploratissima res est, annatas impositas non fuisse, neque nunc exigi ob promotionem, collationem, confirmationem aut concessionem bullarum, licet eodem tempore solvan-

(1) *Zaccaria Anti-Febronio par. 2. lib. 5. cap. 3. n. 5.*
(2) *Card. Pallavicinus hist. Conc. Trident. lib. 2. cap. 8.*

tur, quo conceduntur bullae, sed legitimo subventionis, et subsidii titulo. Ipsarum igitur exactionem, vel solutionem simoniacam esse temere quis dicet?

Concludit deinde Natalis Alexander: « Synodum Constantiensem non judicavisse, aut sensisse abolendas esse annatas, aut earum exactionem simoniacam esse, vel inhonestam, ac tandem nationes omnes consensisse, ut circa ipsas nihil innovaretur; adeoque nationem ipsam gallicanam suae adversus annatas deliberationis, nullam tunc haberi rationem consensisse (1). »

Docet demum Natalis Alexander, non annatas ipsas, sed modum illas exigendi, a Concilio Basileensi fuisse improbatum, cum provisionem debitam Romano Pontifici decernere aequum judicaverit (2).

ARTICULUS V.

Annatae injustae non sunt.

§ I. *Clarissimi Zacharia hac de re testimonium.*

Febronius asserit saltem injustas esse, ac jure communi contrarias (3), sed magno in errore versatur. Nam, ut animadvertit Zacharia: « nè quanto alla sostanza, nè quanto al modo si travalicano nelle annate le leggi della giustizia. Il modo ci farà strada alla sostanza. Questo esser non può ingiusto, se non perchè eccessive sieno le somme ricolte da Roma, o sia violenta la maniera, con che si raccolgono. Ma come alla dieta generale di Lamagna già disse il cardinale Aleandro in quella egregia ora-

(1) *Natalis Alexander hist. Eccl. saec.* 15. *et* 16. *dissert.* 9. *art.* 3. *vid. Gerdil t. XI. edit. Rom p.* 360. *et seq.*

(2) *Natalis Alexander cit. loc. art.* 4. *vid. Gerdil cit. loc. p.* 362.

(3) *Pag.* 802. *sec. edit.*

zione, che vi recitò, i danari che si tiran dal Papa nella spedizion delle Bolle, e nell'altre grazie (1), computati secondo la verità, non sono tali che bastino a mantenere un mediocre principe. Le tasse sono moderatissime, non si pagano comecchè il benefizio stesso vachi più volte infra l'anno, i benefizj che non passano i 24 scudi d'oro di entrata, non sono alle tasse soggetti etc. Quanto poi alla maniera di esiger le annate come dir si può smoderata? Roma vuole, che almeno porzion se ne paghi nel ricever le bolle, dal che segue alcuna volta qualche disordine (2). Ma chi n'ha la colpa? Enea Silvio sino da' suoi tempi avea sciolta quest'obbiezione rispondendo al Meyr. Osserva egli, che quando i benefiziati erano in possesso del benefizio, non più volean pagare: che maraviglia se Roma pretende l'anticipazione almen di una parte? La colpa è delle frodi, che a danno di lei si commettevano. Però il male di qualche privato, che per tali anticipazioni ne risenta danno, prevaler non dee al male, che ne risentirebbe il Pontefice, quando le annate non gli fosser pagate. Perocchè (e già alla sostanza delle annate passiamo col ragionamento) questi sborsi sono al Papa necessarj. Come necessarj, grida subito Febronio (3), come necessarj ad un principe, che ha tanti stati? Quante spese al ben comune del cristianesimo facevano gli antichi Papi, quando non esercitavano tanta giurisdizione! è questa una popolare opposizione, ma niente più. Quando i Pontefici non ancora da' Carli Magni, da' Pipini, da' Ludovici Pii, dalle Matildi aveano i dominj ottenuti, che ora godono, quant'altri ricchissimi patrimonj possedeva la santa Sede

(1) *Pallavicin. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 22.
(2) *Febron. loc. cit. n.* 11.
(3) *Pag.* 801.

in ogni parte di mondo senza trarne l'Affrica, e l'Oriente de' quali in oggi è mancante? Scorrasi il libro de' censi della Chiesa Romana divolgato dal Muratori nelle italiche antichità, e senza ciò basta dare un'occhiata alle lettere di S. Gregorio Magno. »

« Mancano inoltre a Roma tante annate di vescovadi in Alemagna secolarizzati, o caduti in potere de'protestanti; mancale il denaro di S. Pietro, che soleva pagarle l' Inghilterra, mancanle i ricchi censi, che le venivan d' Irlanda, e di Scozia. »

« Gli stati che di presente sono sotto la dominazione del Papa, assai meno gli fruttano, che non crederebbesi. Nè questi aggravj conviene misurare da ciò che faceasi anticamente. « Con questa forma d' argomentare, diceva il cardinale Aleandro nella citata orazione, si potrebbono ridurre gli uomini a cibarsi di ghiande. Chi non sa, che siccome ne' corpi umani si mutano le complessioni, ed i bisogni secondo l' età, nè il giovane potrebbe tornar al vitto che usò bambino, così parimente accade ne' corpi politici? . . . Or supposto che per l' unità, pel governo, per la maestà debba esser un capo supremo, ed un supremo reggitor della Chiesa, convien ch' egli abbia corte propria, ministri proprj, e quali richiedonsi alla grandezza della sua amministrazione. E per tutto ciò chi dovrà somministrargli alimenti? Ogni terra li somministra al suo piovano, ogni diocesi al suo vescovo, ogni popolo al suo signore, ogni stato al suo principe; e molti stati e regni insieme al loro monarca: nè si riconosce per aggravio che il denaro di un paese vada all' altro, mentre con questo denaro se ne trae in ricompensa quella merce più necessaria, e più preziosa di tutte, ch'è la legge, e la conservazione della giustizia. Perchè dunque sarà estorsione che anche la reggia del principato ecclesiastico sia

alimentata con le contribuzioni del cristianesimo? risponderanno: alimentata per la necessità, non per le pompe, e per le delizie ignote alla primitiva chiesa, e contrarie al vangelo. In questa querela popolare si commette un gravissimo equivoco. Se parliamo delle pompe nella struttura e negli addobbamenti de'tempj, ne'sacri vasi, e negli abiti sacerdotali, queste mancarono sì alla primitiva chiesa, ma per malignità del secolo, non per elezione de'prelati. Veggiamo quale splendidezza comandasse Iddio nel suo tempio di Gerosolima, qual ne usasse Costantino subito che fu convertito, e quante lodi ne riportasse dalle penne di tutti i santi. Anche i gentili conobbero e dissero che l'oro in niun luogo stava meglio che nel tempio. »

« Se poi ragioniamo delle pompe private, convien distinguere il desiderabile dallo sperabile. Si commenda in Roma la vita povera; si adorano gl'istitutori della volontaria mendicità, si scomunicano i riprensori di essa; ma non si può già una sì alta perfezione richiedere, o sperare comunemente.»

« Come, e a pro di chi, subdit Zaccaria, s'impiegano queste rendite? Del denaro che traesi dalle dispense matrimoniali, la camera apostolica non trae un soldo, e quanto entra in cassa per tal cagione, va tutto al monte di pietà per le limosine solite a distribuirsi in Roma, per lo mantenimento de' penitenzieri, per altre pie opere, delle quali non partecipano già i soli romani, ma i cristiani di tutta la terra. Noi veggiamo, inquit Fontanini, le intere legioni de'poveri cristiani, schiavi degl' infedeli, frequentemente liberarsi dalla dura cattività de' nemici di Cristo co' danari delle giustizie di S. Pietro. »

« Con queste obblazioni si mantengono in Roma tanti collegj e sacre adunanze di varie nazioni, per la più parte *oltramontane* e *oltramarine*. Vien poi una guerra contro

degl' Infedeli, subdit idem Zaccaria, a chi si ricorre per danaro? Al Papa, crederebbesi? Da Paolo III. sino ad Alessandro VII. Roma avea alla Francia, alla Polonia, alla Germania, e ad altri principi cristiani per le guerre contro gli Ugonotti, i Turchi, ed altri infedeli somministrati presso nove millioni e mezzo di scudi romani, de'quali la camera pagava annualmente i frutti, cioè da circa 400000 scudi romani (1). E questi debiti quanto cresciuti sono per le altre guerre, ed altri bisogni alla cristianità sopravvenuti? Consideriamo ora quelli, che formano la così detta corte di Roma; « Roma, torna a parlare il cardinale Aleandro, non è corte di Romani quivi abitanti per discendenza, è corte d'ecclesiastici congregativi per elezione da' varj paesi del cristianesimo. I primi giudici, seguita mons. Fontanini, i primi giudici de'tribunali e magistrati di Roma, e del maggiore principalmente, che è la ruota, donde si prendono, se non dagli altri regni del cristianesimo, e non già dalle sole temporali provincie del Pontificato Romano? L'amministrazione e il governo delle signorie di S. Pietro confidasi per lo più a quelli, i quali sono sudditi o dipendenti da altri potentati. Lo stesso avviene delle ambascerie pontificie, che sono le nunziature apostoliche, e la corte romana la quale vien trattata senza rispetto alcuno in tanti libelli contra lei pubblicati, si forma e compone dal fiore di tutto il mondo. E però ripiglia il card. Leandro, gli onori, le ricchezze, e i vantaggi di quella corte son comuni a tutti i paesi del cristianesimo (2). »

(1) *Card. de Luca de locis Montium non vacab. cap.* 6.

(2) *Zaccaria Anti-Febronio par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 6. *et seq.*
Quae in beneficialibus rebus compositiones fiunt, in ornatum Urbis, sacra aedificia, vel construenda, vel sarcienda, vel exornanda, aliosque tum publicos, tum privatos, sed necessarios usus impenduntur ".

§ II. *Joannis Marchetti testimonium.*

Neque silentio praeterire debeo doctissimum Marchetti hac de re ita scribentem: « Consideriamo nel Romano Pontefice quella sollecitudine di tutte le Chiese che per fede divina gl'incumbe, e per la quale è in dovere di pensare agli spirituali bisogni di tutti, esser pronto e accessibile alle istanze di ciascheduno, e dar discarico alle consultazioni dell'Oriente e dell'Occidente.. Se egli non avesse coll'intero cattolicismo altro rapporto che questo: « Io sono a tutte le vostre istanze, e a tutti i vostri bi- » sogni. Qualunque volta vi occorra dall'ultimo uomo del » volgo fino a' principali della repubblica, potrete indi- » rizzarvi alla mia Sede, e mio sarà il peso e la cura, » che ciascuno resti servito nella forma che si conviene. » La fatica, le veglie, la sollecitudine, la moltiplicità, e » l'idoneità necessaria di ministri, consultori, tribunali, » operatori, non mi spaventa. So che Gesù Cristo m' ha » lasciato da pascere tutto il gregge, e il gregge dee es- » sere a qualunque costo pasciuto.. » L'esibizione dell'opera propria, anche sola, nel Romano Pontefice sarebbe un titolo per cui la somma, che attualmente ritira dalle Chiese straniere, e anche il doppio più di tal somma, egli potrebbe a tutta ragione tenersi senza fare ingiustizia ad alcuno, nè cagionare un aggravio da farne conto (1). »

diae porro annatae et quindennia magna ex parte ad Romanae Curiae officiales eorumque collegia pertinent; haec vero collegia non in Summorum Pontificum utilitatem, sed ad gravissimas apostolicae Sedis levandas necessitates constituta plerumque fuerunt. Zacharia Anti-Febron. Vindicat. par. 4. *dissert.* 10. *cap.* 2. *n.* 5. *p.* 86.

(1) *Marchetti del denaro straniero che viene a Roma, e che ne va per cause Ecclesiastiche cap.* 5.

« Agli ignoranti questo pagare fa specie, verba sunt ejusdem Marchetti, e s'attraversa loro in cervello, che mala e brutta cosa sia a vedersi ottenere una grazia *da chi la paga* (come usan dire), e da chi non la paga non ottenersi. Cioè a dire che l'impunità dalle leggi più sacrosante di Chiesa, si vorrebbe, che a ognun che la chiede si concedesse alla prima, e che i più stretti congiunti eziandio s'avessero a poter torre in marito ed in moglie col solo incomodo (se pure) di mandare a Roma una lettera per la posta, e riceverne la risposta franca di porto. Nè questa razza di gente è obbligata a sapere che le dispense essendo, come i canonisti amano di dire *ferite che si fanno alla legge*, è un officio proprissimo del custode della legge medesima, il tener modo, che renda meno frequenti tali ferite, ed ove pure giusta ragione costringa a farle, se vi è maniera, che con altra buona e profittevole opera si risarcisca, e diasi una specie di compenso alla violazione del pubblico ordine. Nè gl' inconsiderati che sono rifletton molto, che questo è il sistema che Roma tiene nelle dispense matrimoniali, e nella tassa che suole esiger per esse, la quale in Curia chiamasi *componenda*, perchè si proporziona e compone secondo le circostanze delle ragioni più o meno urgenti di accordar la dispensa, de' gradi più o meno prossimi di parentela, entro i quali si vuol contrarre, delle maggiori o minori facoltà dei dispensandi ecc.; che se i poveri pagano meno, o anche nulla (se la necessità sia vera, e invece facciano una buona opera corporale) e più i ricchi; la cosa va bene bene, che se ninno affatto, ricco sia, o povero, non vuol pagare in tutta sua vita mai nulla, ne è in perfetto potere, solo che fra tante femmine si contenti di menar moglie secondo le leggi di Chiesa santa, senza farsene dispensare; che il danaro è un de' freni capaci di tener l'uomo alla regola,

e con tuttociò mentre tanti cercano dispense, benchè si paghi, il buon mercato farebbe talmente correre le persone al rumore, che la legge resterebbe per apparenza, e la trasgressione senza compenso; che se il Papa lasciasse la elemosina ad arbitrio de' dispensati, e non se ne assicurasse egli stesso, per lo più sarebbe la medesima, che non far nulla, mentre tutti si ricorderebbero della dispensa, e molto pochi della limosina.. A tutte queste cose non sono poi buoni a por mente tutti coloro che son buonissimi a persuadersi, che una mala cosa è il pagare (1). »

« Qualunque sia il trattamento dovuto al Romano Pontefice in qualità di capo della Chiesa universale, si dee fissare il principio incontrastabile, che o tal trattamento non dee avere spesa, o che la spesa dee essere a carico della Chiesa universale. A tal trattamento precisamente conviene che le opere di carità siano presso di lui più multiplici, più grandiose, di profusione maggiore. L'alimento dell'orfano e della vedova, le fondazioni di educazione cristiana, di riparo della miseria, di rifugio alla gioventù pericolante e alla cadente vecchiezza, l'ospitalità verso de' peregrini, gli ospedali per ogni genere d'infermità: in somma le opere pie di ogni maniera, gli esercizj della carità di Gesù Cristo siano presso del Papa più copiosi, meglio dotati, serviti più abbondantemente che ovunque altrove. »

« Al trattamento del Papa nella qualità che contempliamo di capo della Chiesa tutta, appartengono tante congregazioni, tante segreterie, tanti ministri, tante dotte persone ed esperte, che indispensabili rende la mole de' gravissimi affari; che il sistema cattolico fece confluire di

(1) *Marchetti del denaro straniero che viene a Roma, e che ne va per cause Ecclesiastiche capo 4. n. 21.*

tutti i tempi alla consulta , e alla decisione della prima Sede.. La natura de' gravissimi affari che s'hanno quivi a trattare e decidere evidentemente ricerca, che si tenga un sistema di aver cooperatori abilissimi e inaccessibili a ogni corrompimento. Lo sperare che gli uomini di miglior lena costantemente siano condotti a Roma a impiegare le loro vigilie e i sudori in servigio del cristianesimo, per la speranza di sola mercede eterna, e per amore di Dio, sarebbe una buonissima supposizione fra gli angeli; ma con gli uomini bisogna adoprar de' sistemi fatti per loro .. Ma le idonee persone procurate così stanno a profitto sicuro della Chiesa tutta; dunque tutta la Chiesa dee concorrere a' mezzi che le procurano. »

« Chi crederebbe che quella Roma decantata divoratrice dell'oro tutto straniero, dopo aver dimostrato che a buonissimo diritto potrebbesi tener tutto, vi sia da dimostrare eziandio che nulla affatto ritiene? Anzi che nello stato attuale delle cose rifonde più di ciò che riceve , ed impiega con sopravanzo negli altrui bisogni ciò ch'era destinato pe' suoi (1)? »

« Tutti gli oggetti, o prerequisiti, o conseguenti la propagazione della fede cristiana presso genti straniere e barbare, prosequitur Marchetti, formano l'impresa vastissima per cui istituirono la propaganda i Romani Pontefici. Per tutto il mondo questa congregazione ha operaj , chiese , collegj , conventi , e il suo danaro circola per tutto il mondo. Ne' vasti dominj del Turco, sulle coste d'Affrica, nell'impero di Persia , al Mogol, al Malabar , alla Cina , nelle varie provincie di America , ne' paesi oggi Protestanti .. ovunque in somma è possibile che si porti , o si

(1) *Marchetti del denaro straniero che viene a Rnma, e che ne va per cause Ecclesiastiche cap.* 5.

serbi in onore l'adorato nome di Cristo, ciò divien cura di propaganda. Essa spedisce e mantiene fino alle ultime terre gli operaj evangelici, vicarj apostolici, vescovi, fabbriche di chiese, di conventi, fino a redimere a forza di danaro le vessazioni di potentati infedeli. Tiene oltre a ciò alcuni collegj in istraniere provincie per educarvi nella pietà e nelle lettere giovani ecclesiastici, e formarne sulla faccia de' luoghi stessi de' ministri del Vangelo. Uno poi di questi collegj molto numeroso, e composto di tutte si può dire le nazioni d'Oriente (tranne i Cinesi che non reggendo al clima di Roma, convenne stabilire in Napoli), si tiene in Roma, e in esso a tutte spese di propaganda si trasportano da qualunque paese i giovani di aspettativa migliore, e di vocazione ecclesiastica, e quivi si educano nelle scienze sacre, e nella cristiana pietà, mantenuti liberalmente di tutto il necessario alla vita, e di poi formati buoni ecclesiastici, ed istruiti a spese similmente di propaganda, si rimandano alle lontanissime Chiese, dalle quali si trassero giovanetti, ad inaffiarle con onorati sudori, e a pascerle col ministero apostolico.. Si assegnano assai volte pensioni fisse a chi ne abbia bisogno, si ajutano spesso con grosse somme le Chiese cattoliche, che stabilite fra genti barbare, molte volte si trovano in istato pericolante, e in angustie di estremità. Perfino non poche famiglie e persone che perderono loro stabilimenti temporali per abbracciare la fede di Gesù Cristo, vivono di assegnamenti di propaganda (1). »

(1) *Marchetti del denaro straniero che viene a Roma, e che ne va per cause Ecclesiastiche cap.* 6.

ARTICULUS VI.

Refellitur querela asserentium Pontificium aerarium divitiis superfluis redundare, et tantam divitiarum copiam Romanos dedecere Pontifices.

Vulgatissima est praesertim vero apud exteras nationes querela, inquit Benedictus XIV., pontificium aerarium divitiis redundare superfluis, eisque ex universi christiani orbis contributionibus, conflatis, atque adeo Romanos dedecere Pontifices tantam divitiarum copiam.

Porro facile est reipsa hisce respondere querelis. Norunt enim omnes, qui pontificii aerarii notitiam habent, quam id exhaustum sit, et non modico aeri alieno ad subveniendum christianae reipublicae contracto, obnoxium. Oporteret sane, id, uti praedicant, divitiis redundare, quemadmodum prolixa oratione prosequitur Eneas Sylvius (1): « Liquet meo judicio, quando id auctoritatibus et rationibus probatum est, Romanam Ecclesiam divitem esse oportere, neque divitias ad voluptatem requiri, sed ad tria tantum, ad statum honestum, et dignitati convenientem tenendum, ad alendos pauperes, et Ecclesias manutenendas, ad coercendos malefactores, qui fidei sinceritati officiunt. » Inquit nempe Salomon (2): *Utilior est sapientia cum divitiis, et magis prodest, sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia:* tum autem sacris litteris et Regum et Machabaeorum testatum est, in Dei Templo magnam auri atque argenti vim, ingentemque thesaurum ad necessitates fuisse reservatum. Cum igitur vis haec deficiat, nec reditus ex terris summo Pontifici pleno jure subjectis, pro eorum onerum complemento, quae

(1) *Aeneas Sylvius in sua apologia ad Martinum Mayer quae extat in commentariis Jo. Gobellini.*

(2) *Ecclesiast. c. 7., 12. et 13.*

sancta Sedes subit, et subire tenetur, sufficiant; quid mirum, si ex bullarum praecipue expeditione, et potissimum quidem in episcopatuum, abbatiarum et beneficiorum collatione, novum aliquod subsidium petatur; quod porro ceteris omnibus reditibus junctum, sic etiam nec divitem facit Romanum Pontificem, nec eum vel ipsi ferendo oneri parem constituit (1)?

Sic itaque merito concludere potuit clarissimus Scotti: « Fa scorno ad un cattolico il declamar cotanto pel da- » naro, che dagli altri stati inviasi alla capitale del mondo » cristiano per la spedizione delle bolle, per le dispense, » e per cose simili. I fedeli fino da' primi tempi della » Chiesa mandavano da tutte le parti del mondo im- » mense somme al Pontefice (2), e restano tuttora delle » oblazioni a lui fatte da diversi Principi, anche prima di » Pipino e Carlo Magno, i più splendidi monumenti (3). »

CAPUT XXIV.

De Romani Pontificis jure circa causas fidei.

« Quoties fidei ratio ventilatur, (verba sunt Innocentii » I. in ea quam ad Concilium milevitanum dedit, epi- » stola (4)), quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes » fratres, et coepiscopos nonnisi ad Petrum, idest sui » nominis, et honoris auctorem referre debere, quod per » totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune

(1) *Benedictus XIV. de serv. Dei Beatif. et Beator. canonizat. lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 1., 2. *p.* 455. *et seq. Romae* 1747.

(2) *Zacharia Anti-Febron. vindicat. t.* 4. *dissert.* 9. *c.* 3.

(3) *Scotti teoremi di politica cristiana vol.* 1. *par.* 2 *teorema* 6. *corollar.* 3.

(4) *Ep.* 30. *t.* 1. *epist. R. P. edit. Coust. col* 896.

» prodesse » (1). Celeberrima quoque sunt illa Vigilii verba in epistola ad Ausanium Arelatensem (2): « Si qua » certamina, aut de religione fidei, aut de quolibet ne- » gotio, quod ibi pro sui magnitudine, terminari non » possit, evenerint, totius veritatis indagine diligenti ra- » tione discussa, relationis ad nos seriem destinantes, » apostolicae Sedi terminanda servate. »

ARTICULUS I.

Varii errores a plurimis Pontificibus sine ullo generali Concilio condemnati fuere.

Plurimi Pontifices (verba sunt doctoris Duvalli) plurimi Pontifices varios errores absque ullo generali Concilio condemnarunt, quorum condemnatio a tota Ecclesia accepta fuit, ut patet ex primis trecentis annis, in quibus nulla unquam Concilia generalia propter ingruentes persecutiones coacta leguntur, cum tamen multae in fide quaestiones, toto hoc tempore feliciter sopitae et determinatae fuerint per Pontificum definitiones. Nec dicaut adversarii hos errores, pro haeresibus habitos non fuisse, donec his Pontificum definitionibus, Conciliorum generalium calculus accederet. Falsum enim est, omnibus, quotquot fuerunt, erroribus a Sede apostolica damnatis, et qui jam pro haeresibus in Ecclesia habentur, semper accessisse Concilii cujusdam generalis condemnationem (3).

« Quibus haec testium copia non satis est, inquit Thomassinus, nescio quid satis sit: constat enim abunde tot

(1) *Caus.* 24. *q.* 1. *cap.* 12.
(2) *Ep.* 7.
(3) *Duvallus t.* 2. *de potest. Eccl. part.* 2. *q.* 2. *vid. Benedictum XIV. de Serv. Dei beatific. et Beator. canoniz. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 2.

testimoniis, Ecclesiis, episcopisque omnibus sive Synodice, sive extra Synodos, sola execratione novitatis haereses exorientes damnantibus, vel praeisse, vel accessisse, vel successisse Sedem apostolicam, et summum auctoritatis pondus, et vim ineluctabilem, atque universalem adjecisse. Si quid aliae Ecclesiae, Synodive perficere non poterant, ipsa efficiebat; si quid effecerant, perficiebat, si quid privatim sanxerant, id ipsa toto orbe catholico authorabat. Nihil invidiae, nihil contentionis strepebat. Nunc quod ceterae sequerentur, ipsa dictare occupabat, certa de membrorum suorum consensu, et obsequio. Nunc reliquas in impietatis apud se exortae damnationem praecurrentes ipsa lubens sequebatur, confirmabat, et sin minus tempore, certe consensu, dignitate, auctoritate antecedebat. Ita sive praefinirent aliae Synodi quod, ut ajebat Prosper, regna sequerentur, tum demum cum Roma probasset, sive praeciperet Romana Ecclesia fidem omnibus amplectendam scribere, plerumque temporis, semper auctoritatis ordine caput membris anteibat. Cumque fides commune sit Ecclesiarum omnium decus, non poterat illa a privatis vel Ecclesiis, vel Conciliis sanciri, nisi praesumpto, vel adhibito consensu, suffragioque principis Ecclesiae, cujus unius erat confirmare et promulgare, quod omnes Ecclesiae sequerentur » (1).

Suffragatur clarissimus Zacharia, cujus haec sunt verba: « Veggiamo quale intorno le cause di fede sia stato il » sentimento, quale la pratica della Chiesa ne' secoli che » hanno preceduta l' Isidoriana compilazione. 1. Eresie » nuove e dianzi non condannate dalla Chiesa non furon » proscritte, nè scacciati dalla comunione eretici di tali

(1) *Thomassinus dissert.* 4. *in Synod. Gangrensem. vid. Benedictum XIV. cit. loc.*

» dottrine seminatori senza ricorrere all' apostolica Sede
» 2. È stato creduto, che i Sinodi particolari non potes-
» sero di tali errori se non mandare al Papa le relazioni.
» Lo dice Innocenzo, lo confessano i vescovi di Carta-
» gine e della Numidia nell' affare de' Pelagiani, Cirillo
» d'Alessandria il conferma. 3. Si sono sempre al Papa
» mandate le relazioni de' nuovi errori per forma di re-
» gola antica. 4. Si è tenuto che questa tradizione fosse
» fondata nelle singolari prerogative da Cristo concedute
» a Piero, cioè nel Gius Divino. Così protestano i vescovi
» della Numidia, Innocenzo, Giovanni II. e gli orientali
» nella lettera a Michel Balbo. 5. Le decisioni della s.
» Sede in tali materie furono non solo ricevute con al-
» tissima riverenza, ma riguardate come obbliganti il cri-
» stianesimo a conformarvisi, e come causa finita. Tutto
» questo chiaramente dimostra al Romano Pontefice ap-
» partenere il gindizio di tali cause. Ma 6. le hanno e-
» spressamente dichiarate di speciale appartenenza del-
» l'apostolica Sede Innocenzo, Pier Grisologo, Vigilio,
» Gregorio Magno » (1).

ARTICULUS II.

An ut Pontificia definitio vim habeat, singularium omnium Ecclesiarum unanimi consensu opus sit.

§. I. *Petri Ballerini, ac Muzzarelli hac de re testimonia.*

Pontificiam potestatem quam Christus instituit, cum Petro claves Ecclesiae et potestatem ligandi atque solvendi tradidit, adeo per se sufficientem ad obligandnm crediderunt semper antiqui Pontifices, quemadmodum animadvertit Petrus Ballerini, ut consensum definitioni-

(1) *Zaccaria Anti-Febronio part. 2. lib. 1. cap. 3. n. 19.*

bus apostolicis debitum, subscriptionibus praestandum exegerint vi ipsius auctoritatis per se, etiamsi nondum adesset ille consensus, qui ad vim omnino coactivam ab adversariis requiritur. Exempla definitionum Innocentii, Zosimi, Caelestini, Leonis, aliorumque subsequentium Pontificum, qui ad subscriptiones coegerunt, notissima sunt. Cogere enim ad subscriptiones, est cogere ad consensum; haec vero coactio ante Ecclesiae consensum fuisset injusta, si apostolica auctoritas ut legitimam vim obligandi haberet, indigeret praesidio seu conditione consensus (1).

Constat ex historia ecclesiastica, ut animadvertit Muzzarelli, usque ab antiquissima aetate, quod Romani Pontifices saepius occasione haeresis aut schismatis, non expectato aut requisito universalis Ecclesiae consensu, per exercitium tantummodo auctoritatis supremae apostolicae Sedis, vel libellos, et professiones fidei a singulis maximarum Ecclesiarum episcopis subscribendas indixerunt, vel decreta et constitutiones de fide ediderunt per universam Ecclesiam cum praecepto obediendi ad omnes episcopos directe et sub poena excommunicationis lata in contradicentes.

Et quidem hujusmodi libelli a Sede apostolica indicti sunt per amplissimam orientalem Ecclesiam, et subscripti a Patriarchis, Metropolitanis, et Episcopis. Adeo absolutam putarunt Pontifices suam auctoritatem in iis quae de fide definierant, ut sanctus Caelestinus in commonitorio dato suis legatis, euntibus ad Concilium ephesinum, stricte praeceperit: « ut Sedis apostolicae tuerentur dignitatem, nec se episcoporum dissidiis immiscerent, quorum quippe judices esse deberent » (2).

(1) *Petrus Ballerinius de potest. Eccl. Summ. Pontific. in append.*
(2) *Apud Christianum Lupum varior. Patr. epist.* 100., 226.

Quod si ad posteriora saecula descenderis invenies constanter in constitutionibus apostolicis de fide indictum et praeceptum omnibus christifidelibus, ne aliter sentire, docere, praedicare praesumant quam in supradictis constitutionibus continetur, sub censuris, et poenis contra haereticos latis, et simul mandatum omnibus episcopis pro earum constitutionum irrepudiabili executione, non expectata, aut requisita eorum acceptatione, et consensione.

Ostende, si fieri potest, aliquam per tot saecula reclamationem universae Ecclesiae vel dispersae, vel in Conciliis oecumenicis congregatae contra haec praedicamenta summorum Pontificum, aut contra exercitium supremi eorum juris in causis fidei? Quando Ecclesia condemnavit hanc doctrinam, aut hoc supremum exercitium apostolicae Sedis? Quando hanc auctoritatem revocavit in dubium, aut examinandum suscepit? Quando fideles admonuit, ne obedirent praeceptis Papae circa fidem antequam cognoscerent, accessisse ipsis consensum majoris numeri episcoporum (1)?

Idem clarissimus Muzzarelli alio in loco haec scribit: « Se il Romano Pontefice è il centro dell'unità cattolica, » egli lo deve principalmente essere per l'unità della fede. » Quindi Monsig. Bossuet ha chiamata la Sede di s. » Pietro: « *Commune totius unitatis catholicae centrum.* » » E se la Sede di Pietro è il centro di tutta l'unità cat- » tolica, essa lo è dunque anche della fede anzi princi- » palmente di questa, che è la radice, il fondamento, il » nodo di tutta l'unità, non potendo darsi unità di vo- » leri, e di carità senza l'unità della credenza, e dei dog-

(1) *Muzzarelli de auctoritate Rom. Pontif. in Conciliis Generalibus t. 2. cap. 12.* § 4.

» mi, anzi non potendo esservi communione cattolica
» tra le membra, e il capo senza l'unità della fede, come
» evidentemente ha dimostrato Pietro Ballerini » (1).

« Vedo nel corpo mistico della Chiesa una parte prin-
» cipale, alla quale tutte l'altre si appoggiano per con-
» servare l'unità della fede. Vedo un centro, a cui devono
» dirigersi come altrettanti raggi tutte le Chiese. Havvi
» un dottore, o una Chiesa particolare che nella fede si
» discosta da questo centro? Questa è una linea irrego-
» lare, che confonde l'ordine, la semplicità, e l'unità del-
» la Chiesa universale, e che deve considerarsi come e-
» stranea, e cancellarsi da un corpo, in cui porta la dis-
» unione, e il turbamento; così conosco con sicurezza
» non solo la dottrina che debbo professare, ma anche
» quelli, dalle cui massime, e dalla cui conversazione
» debbo dilungarmi; quelli che ricoperti spesse volte
» delle pelli d'agnello potrebber facilmente sedurmi, e
» sovvertire nel mio cuore la purità della dottrina. »

« Ci suggeriscono, che per conoscere, se il Papa inse-
» gna la verità, si aspetti il consenso moralmente una-
» nime delle Chiese disperse. Ma se questo consenso fi-
» nalmente si ottenga, se la Pontificia costituzione sia
» accettata dall'unanime suffragio delle Chiese disperse,
» o sia dei pastori, sono essi dunque allora, ed il loro
» unanime consenso, che lo dichiara, e costituisce in quel
» caso per centro dell'unità della fede cattolica. Senza
» questo consenso egli non lo sarebbe con sicurezza, e
» con irreformabilità; e un dissenso positivo dei pastori
» può rimoverlo dall'essere quel centro, a cui è necessa-
» rio, che convengano tutte le Chiese, cioè tutti ovunque

(1) *De vi ac ratione primatus Roman. Pontif. cap. 11.*

» sono i fedeli (1). Quindi ne viene per conseguenza che » non fu Gesù Cristo quegli che stabilì il successore di » s. Pietro per centro dell'unità cattolica, perchè ciò che » fu istituito da Dio è stabile e permanente. Sono dun- » que i pastori della Chiesa, che lo dichiarano tale di » volta in volta, e di comune consenso, e che possono col » loro dissenso significare e dichiarare, che il centro del- » l'unità cattolica non è più nel Papa. Se queste conse- » guenze sono legittime, come certamente mostrano di » esserlo, esse vanno a distruggere la comune credenza » de' dottori, de' padri, e de' Concilj, che han sempre » riconosciuto nel Romano Pontefice il centro immobile » dell'unità cattolica, fondato, e stabilito da Gesù Cristo » medesimo (2). Che se poi alla Pontificia decisione non » si unisce l'unanime consenso delle Chiese disperse, al- » lora e in tal caso scomparisce affatto il centro dell'unità » della cattolica fede. Imperocchè mancando al giudicio » del Papa l'unanime consenso delle Chiese disperse, il » di lui giudizio è riformabile, e contiene, e può con- » tener errore secondo l'opinione degli avversarj. Non » dee dunque in tal caso riguardarsi il Papa per centro » dell'unità della fede, la quale non può esser soggetta » ad errore, ed incertezza. E chi aderisse allora al giu- » dizio del Papa con sommissione, e con adesione, o com- » metterebbe errore, o si esporrebbe almeno a pericolo » di errare con esso lui. »

« Sarebbe dunque temerità l'esporsi a un tal pericolo. » Ma possibile che debba condannarsi come temerario » chi prontamente ubbidisce, e si sottomette alla deci- » sione, e alla dottrina del successor di s. Pietro, del

(1) *S. Iren. adv. haeres. lib.* 3. *cap.* 3.

(2) *Petri Ballerini de vi ac ratione primatus Romanor. Pontif. cap.* 12 *et seq.*

» vicario di Gesù Cristo, del dottore di tutti i cristiani, » del pastore, reggitore, e governatore della Chicsa uni» versale, come vien dichiarato il Romano Pontefice dal» l'ecumenico Fiorentino Concilio? Possibile che sia te» merario chi piega senza esitazione il suo intelletto al » Pontefice, per la cui bocca parla sempre quel Pietro, » sopra del quale è stata edificata la Chiesa, come m' in» segnano i seicento e trenta vescovi congregati nel Con» cilio di Calcedonia » (1)?

« Quindi è che pochi si trovan tra i vescovi, i quali » abbiano aspettato l'unanime consenso dei loro colleghi » per dichiarare la loro accettazione, e adesione a una » dogmatica Pontificia costituzione. »

« Agli otto settembre dell' anno 1713 Clemente XI. » pubblicò la Bolla *Unigenitus* condannando gli errori di » Quesnello. Ai ventitrè di gennaro dell'anno 1714 qua» ranta vescovi della Chiesa Gallicana radunati in Parigi » accettarono la costituzione *Unigenitus* (2). Questi qua» ranta vescovi nello spazio di quattro mesi in circa po» tevano forse essere assicurati dell' unanime consenso di » tutte le Chiese disperse? No certamente. Ma chi dirà » mai che per questo operassero imprudentemente? Anzi » tutto il mondo cattolico ha sempre applaudito alla » pronta deferenza dell' insigne Chiesa Gallicana ai giu» dizj della Sede apostolica, e col di lei esempio ha con» vinti i Settarj della loro ingiusta e temeraria resisten» za » (3).

(1) *Bossuet discorso sull' Unità della Chiesa.*

(2) *Mémoires pour servir à l'histoire Ecclesiastiq. tom.* 2. *Paris* 1806.

(3) *Muzzarelli il buon uso della logica in materia di Religione t.* 3. *opusc.* 11. *p.* 199. *et seq.*

§. II. *Eorum a Gerdilio refellitur error qui Sedis apostolicae partes esse dumtaxat arbitrantur, ut in causis fidei caeterarum quae per orbem dissitae sunt Ecclesiarum, sententiam exploret.*

Gerdil notat gliscentem quorundam errorem, qui Romanae Cathedrae principatum in id redigere velle videntur, ut in causis fidei sententiam exploret caeterarum, quae per orbem dissitae sunt, ecclesiarum, ut scilicet collatis, quae undique ad se veniunt relationibus, earum veluti summam colligat, qua instituta, quis sit de quovis capite controversiae unitatis sensus, ac fides, dispiciat, ac referat; capitalis sane error, nimiumque abhorrens a perpetua Patrum traditione, qua catholica sentiendi ratio continetur. Perpetua equidem haec fuit Patrum traditio, Ecclesiam universam ex singularibus Ecclesiis conflatam nec deficere, nec errare in fide unquam posse. Simul vero constans illorum sensus fuit, si qua de aliquo doctrinae capite controversia suboriretur, minime propterea opus esse singularum ecclesiarum sententias colligere, quod nec satis commode, nec ullo modo plerumque fieri posse, ipsi probe intelligerent; sed hanc dirimendae controversiae viam rationemque patere tutam aeque ac expeditam, ut ab apostolicis Ecclesiis credendi regula peteretur, maxime vero a Romana Ecclesia in qua, teste Augustino, semper apostolicae cathedrae viguit principatus(1).

Atque hujus quidem incommodi gravitas, quod ex illo errore in Ecclesiam dispersam redundat, haud parum adhuc augescit, inquit Gerdil, alterius opinionis accessione, quae inter adversarios satis familiariter vagatur, nonnulla nimirum doctrinae capita, caeteroquin ad fidem pertinentia, sic interdum, et quidem per multum tempus in

(1) *S. Augustin. epist.* 43.

Ecclesia obscurari, ut vix appareant, immo vehementer a plerisque oppugnentur; nec nisi penes paucos, certa eorum, et explorata veritas remaneat. Quod si ita est, et aliunde certum de quacumque doctrina Ecclesiae judicium ex testata universitatis sententia pendet, obstructa est jam via omnis, qua veritates ejusmodi ex illis latebris in apertam lucem emergere aliquando valeant. Exquiret Pontifex, explorare sataget, quid de tali doctrinae capite dissiti per orbem episcopi, et ipsi sentiant, et de suarum ecclesiarum fide testentur. Plurimos à paucis dissentire comperiet: Pauci isti sese veritatis obscuratae propugnatores praedicabunt; illi plures non veritatem, sed errorem ab istis paucis defendi contendent. In eo dissensu Pontifex sententiam suam vel paucis adjunget, vel pluribus. Si paucis, alii numero superiores opponent, solius Pontificis, ac paucorum judicio de universitatis sensu constare haud posse, nec id proinde ad constituendam fidei regulam valere. Contra si Pontifex pluribus sese adjunget, tum pauci alii, penes quos unos manere dicitur obscurata veritas, vel Pontificis, ac plurimorum sententiae adhaerebunt, vel repugnabunt. Si assentientur, jam fiet; ut quae apud ipsos unos manebat obscurata veritas, a suis defensoribus deserta, oppressa tandem maneat, ac penitus extincta. Si repugnabunt, aliud incommodum recurret, quippe dicere cogentur, nec Pontificis, nec plurimorum ei adhaerentium antistitum judicium satis virium habere ad quid certi de fide statuendum, penitusque concidet vis auctoritatis, quam in morali unanimitate cum capite ad certum de fide judicium in Ecclesia dispersa, constanter tuentur Gallicanae quam vocant, sententiae propugnatores. Quo semper magis patet, eos qui novae isti opinandi licentiae indulgent, nullum Ecclesiae dispersae subsidium relinquere, quo certum de quovis controverso doctrinae capite judi-

cium interponere valeat, quod tamen a catholica sentiendi ratione abhorrere, ultro catholici omnes consentiunt » (1).

§. III. *Irenaei ac Tertulliani testimonia a Gerdilio allata quae ostendunt ad quasque haereses revincendas, necesse non esse singularium omnium Ecclesiarum adire successiones, sed satis esse traditionem ac fidem Romanae Ecclesiae indicare.*

Perspicue docet (Irenaeus) pro asserenda fide adversus haereses minime opus esse singularium omnium ecclesiarum successiones adire, quas vel nimis longum foret percensere numerando, sed ad confundendos quoquo modo errantes, satis esse indicasse traditionem, et fidem, quam ecclesiarum omnium maxima Romae constituta, et omnibus nota a gloriosissimis apostolis accepit; quae traditio in ea conservata per successiones episcoporum ad nos usque pervenit; ad quam propterea Ecclesiam pro sua potiore principalitate, caeteras Ecclesias, et eos qui undique sunt fideles, necesse est convenire (2). Tertullianus (3) ad revincendas quasque haereses veritatis ab apostolis traditae testimonium non a singulis per orbem dissitis, sed ab apostolicis Ecclesiis petendum docet. Porro inter apostolicas Ecclesias Romanam potissimum Tertullianus extollit, ac celebrat (4): « Si Italiae adjaces, habes Ro- » mam, unde nobis quoque auctoritas praesto est. » Scilicet censebat promptum ac paratum Africae adversus quasque haereses praesidium, in ejus Ecclesiae auctoritate,

(1) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retractation. edit. animadvers. in position.* 14. *tom.* 13. *edit. Rom. p.* 253. *et seq.*

(2) *Ibid. p.* 259.

(3) *Tertullianus lib. de praescript. c.* 21.

(4) *C.* 36.

a qua illa fidem acceperat; pergit vero: « Ista quam felix » Ecclesia! cui totam doctrinam apostoli cum sanguine » profuderunt. Videamus quid didicerit, quid docuerit, » quid cum Africanis quoque Ecclesiis contesserarit. » Collectam in Romana Ecclesia doctrinae plenitudinem commendat, ut proinde non aliud indagandum remaneat, quam quod ipsa didicerit, docuerit, quamque fidei formulam, velut communionis tesseram tradiderit (1).

§. IV. *Affertur hac de re momentum auctoris operu cui titulus, Italus ad Febronium.*

Consensus Ecclesiae dispersae (verba sunt auctoris operis cui titulus, Italus ad Febronium) consensus Ecclesiae dispersae erit semper ignotus, et semper incertus. Ignotus sane: nam quis agnoscere potest, num Ecclesia universa assensum suum praestiterit nec ne? Vel saltem potissima ejus pars? Quando enim fiet, ut id omnes ecclesiarum episcopi, animarumque pastores pro earum directione agnoscant? Quis eos de hoc consensu commonefaciet? Quis pro debito tot, ac tanta nunciandi munus adsumet? Consensus iste est insuper incertus. Nemo enim agnoscere potest, ex quibus principiis ecclesiarum rectores affirment, vel negent, vel distinguant. Quis inter eos serio studio quaesitum perpenderit; quis oscitanter de eo sententiam protulerit, quis ad hujusmodi officia aptitudinem habeat; quinam vero ineptissimi, et quod magis interest, et quandonam erit, ut dogma ultimum suum judicium obtineat? Quis ultimatam hanc sententiam proferre debebit, si contingat, quod res in ancipiti adhuc nutent, et quomodo

(1) *Gerdil cit. loc.*

detrectantes consensum, ad unitatem adstringet? Saecula integra prius excurrent, antequam quaestiones ad fidem spectantes ultimam firmitatem acquirant (1).

§. V. *Idipsum Cardinalis Gerdilii testimonium luculentissime confirmat.*

Si omnis in causa fidei definitio, inquit Gerdil, ex singularum omnium ecclesiarum unanimi consensu emergere ac peti deberet, profecto desperandum foret de asserenda Divini cujusque dogmatis firmitate, cujus traditio non in omnibus Ecclesiis reperiretur. At id quam absonum sit, quis non intelligat? An vero quia singulares nonnullae per orbem Ecclesiae aut ignorabunt, aut silebunt, propterea lucerna sub modio retinebitur, osve obstruetur Ecclesiae universae, quin credita sibi eloquia, qua jussa est auctoritate promulgare, ac super tecta praedicare valeat?

Concludit deinde Gerdil, asserens quantum a priscae traditionis auctoritate recedat nova haec opinandi ratio, quae in causis fidei non alias propemodum Pontifici Romano partes concedit, quam ut ecclesiarum sensum roget, ac ferat; 2. quam secum ipsi pugnent opinionis ejusdem auctores, vel suffragatores, qui ad fidei judicium singularum omnium, vel fere omnium ecclesiarum suffragia expetant, dum ex alia parte fidei veritates in plerisque interdum Ecclesiis sic turpiter deformari, obscurarique contendunt, ut ab illis ipsis Ecclesiis veritas non solum non teneatur, sed potius acriter oppugnetur (2).

(1) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist.* 10. *respons.* 1. *t.* 1. *p.* 154. *vid. P. Desirant in dedicatoria ad Clementem XI. sui operis Consil. Pietat. etc.*

(2) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retra-*

§. VI. *Cardinalis Lucini ac P. Bernardi Desirant testimonia afferuntur.*

« Sunt animadversione dignissima (inquit auctor oper. cui tit. Italus ad Febronium) quae hac de re scripsit Cardinalis Lucini in suo libro privilegia Rom. Pontif. ubi quaestionem instituit, an necessarius sit consensus Ecclesiae pro firmanda regula fidei. Dubium istud dividit quadrupliciter. « Quaeritur primo, ait ille, an necessarius » sit consensus omnium fidelium, 2. An solorum episco» porum. 3. An potioris eorum partis. 4. An episcoporum » unius provinciae tantum. » Aliqui asserunt primum. Sed quomodo cuiquam innotescere poterit, an fideles inter Indos, Bactrianos, Scythas, aut Sinas suum praestent assensum, cum vix per annos ad illos pervenire potest constitutionum dogmaticarum cognitio? Pendulus ne haerebit interea in sua fide christianus quilibet, donec agnoverit quodnam judicium ea de re remotissimae regiones tulerint? Si ita foret, injuste et nequiter damnati sunt olim Pelagiani; siquidem puniti sunt antequam consensus ab universa Ecclesia collectus fuisset. Aliqui respondent, sufficere consensum majoris partis Ecclesiae. Sed quis eam enumeravit, et in partes divisit? Quis erit Judex in ea adnumeranda? Sed esto. Major pars Ecclesiae acceptat Bullas. Una sola academia, uniusque regionis clerus eas excludit. Cur igitur potiorem partem haec non prosequitur? Cuinam erit fides praestanda?

Alii dicunt: sufficere consensum episcoporum unius provinciae, ut fideles ad praestandum fidem Romano Pontifici adstringantur. Sed respond. Vel talis consensus red-

ctation. edit. animadvers. in positionem 14. tom. 13. edit. Rom. p. 262. et seq.

dit ubique infallibile de fide judicium Pontificis; vel tantum in ea provincia. Si primum: probrosum est caeteris Ecclesiis suam fidem mutuari ab Ecclesia ordinis aequalis, et non Romano Pontifice, qui est caput omnium Ecclesiarum. Si secundum: ridiculum est, quod fides in fragmentis dividatur, et unam regionem obliget, altera exempta. Et si discordes erunt in regione episcopi? Et si incoustantes in proposito? Si eorum subditi obtemperare detrectaveriut, quid futurum erit? Practerca quis docuit, quod episcopi uuius regionis infallibiles sint?... Non ita sanc docuit s. Irenaeus: cum autem dixerit: « Ad hanc » Ecclesiam (Romanam) propter potentiorem principali- » tatem necesse est omuem convenire Ecclesiam, hoc est » cos qui sunt undique fideles, » inferre inde debemus in Romaua Sede fidei depositum requiescere; consequenter nccessario ad eam siugulas Ecclesias recurrere debcre, ut ab ea quid credeudum sit, quid vero agendum cum de fide et moribus agitur, singulae perdiscere valeant. P. Bernardus Desirant (1), textum huuc nou incongruc exponit dicens. Non dixit Ecclesiam hauc Romanam debere accedere ad primos pastores, vel illorum explorare, aut expectare consensum, sed omnem Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, ad Ecclesiam hanc. Non dixit expedire, sed necesse esse. Non exigit consensum aliorum, cujus accessu opus sit, ut irreformabile fiat Ecclesiae Romanae judicatum; sed dixit quod necesse sit, omnem Ecclesiam conveuire ad hanc. Nou indulsit aliis consulendi dilationem, aut dissentiendi facultatem, sed imposuit cum ea sentiendi necessitatem » (2).

(1) *P. Bernardus Desirant in suo Consil. Piet. etc. t. 1. in sua dedicatoria.*

(2) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist. 8. t. 1. respons. 3. p. 135. et seq. vid. Petrum de Marca lib. 1. de concord. c. 2.*

§. VII. *Ex eo quod R. Sedes interdum universitates attenderit quid in quibusdam quaestionibus perplexis, et adiaphoris sentirent, nil contra id quod statutum fuit colligi potest.*

« Non negamus, (inquit auctor operis cui tit. Italus ad Febronium) ipsam s. Sedem interdum attendisse, non Ecclesias particulares per orbem dispersas, sed universitates, quid in quibusdam quaestionibus perplexis, et adiaphoris sentirent, sive ut potiori qua licuit prudentia procederet; sive ut postulatoribus et dolentibus, et contumacibus, et incredulis satisfaceret, uti Leo X. cum Luthero se gessit; sed ultimum judicium sibi semper suprema Sedes reservavit. Et revera si s. Sedes nil aliud ageret, nisi attendere quid caeterae ea de re sentiant Ecclesiae, et postulantes certos faceret de ecclesiarum assensu, vel dissensu; sola suprema Sedes jure judicii Ecclesiastici careret. Nam aut aliarum Ecclesiarum censurae illud exponere deberet, aut illud postponere cogeretur. Ecquis interea de eorum aequalitate, aut discrepantia ex jure judicaret, et sententiam peremptoriam proferret? Aut suprema Sedes super omnes alias Ecclesias judicare deberet; aut hoc officium ad aliquam particularem Ecclesiam deficiente Concilio oecumenico spectaret. Confirmatio metipsa Conciliorum, quae a s. Sede solet attendi, non esset necessaria; nam ea deficiente, sententia sola aliarum Ecclesiarum de se suppleret, et postquam laudatus auctor observavit ex responsione Innocentii I. ad Patres Milevitanos, recursum ad s. Sedem esse formam regulae antiquae quam semper totus orbis servavit, 2 id esse Patribus Milevitanis notum, cum agitur praesertim de rebus ad fidem attinentibus 3, munus id esse omnium fratrum et coepiscoporum referre argumenta fidei ad Petrum 4. Hinc emanare debere, quod per universum orbem Ec-

clesiis omnibus possit prodesse, asserit apostolicam Sedem non ab aliis, quod debeat docere, mutuari Ecclesiis; sed omnes Ecclesias a sola Romana Sede debere dogmata fidei expectare, quae credere teneantur, cum de iisdem agitur » (1).

ARTICULUS III.

Respondetur adversariis asserentibus Pontificias definitiones in causa fidei saepe novo examini subjectas fuisse.

Me non latet equidem adversarios audacter asserere pontificias definitiones in causa fidei saepe novo examini fuisse subjectas ab episcopis, et Conciliis generalibus; et ex hoc inferre easdem definitiones ob solam Romanorum Pontificum auctoritatem non statim recipiendas esse.

At duplex genus examinis, (verba sunt Zallingeri) cum episcopis Galliae distingui debet, unum est *juridicum*, sive *examen auctoritatis*, quo utitur is, qui judicandi auctoritate praeditus in definitionem, vel sententiam jam latam dubius inquirit, utrum juri, scripturae, et traditioni consentanea sit, an dissentanea; alterum est examen *confirmationis*, aut simplicis adhaesionis, instructionis, vel prudentiae, quo aliquis editam definitionem recte expendere, argumentis ex scriptura, vel traditione petitis confirmare, oppositos errores detegere, et confutare, ipsamque definitionem suo assensu, suaque auctoritate comprobare satagit. Atque hoc posterius examinis genus non prius illud episcopi, et Concilia post editas Romanorum Pontificum definitiones adhibuerunt. Iansenistae et Quesnelistae episcopis Galliae objectarant, exteros episco-

(1) *Auctor oper. cui tit. Italus ad Febronium t.* 1. *epist.* 8. *respons.* 3. *p.* 133. *et seq.*

pos in acceptanda Clementina *Unigenitus* constitutione non examinasse, non judicasse, sed obedivisse tantum. Responderunt episcopi Galliae: « *In hac obedientia semper adesse judicium prudentiae, quod licet in tribunali prolatum non sit (idest solemniter) suum tamen robur, suamque auctoritatem habet. Certum esse juxta omnium saeculorum traditionem consensum episcoporum primae sedis judicio, simul esse actum obedientiae erga sanctam Sedem, et actum auctoritatis, et judicii sub principali ejusdem sedis auctoritate.* » Praeclare admodum clarissimus Fenelonius in epistola, seu instructione pastorali diei 20 aprilis an. 1705 explicavit, qua ratione assensus episcoporum pontificiis definitionibus adhibitus et adhibendus, judicii naturam induat, exemplisque subscriptionum, quae generalis Concilii decretis pariter subjiciuntur, confirmavit: « *Judicare post judicium Pontificis, est suum judicium cum pontificio conjungere. Hac ratione episcopi olim subscripserunt ipsorum Conciliorum generalium decretis. Eorum submissio erat judicium, et eorum judicium erat submissio. Subscribentes sese submittebant simul, et confirmabant decisionem synodi. Id constat ex actis, et ex his, aliisque similibus subscriptionum formulis*: « Judicans » subscripsi; recognoscens consensi: obtemperans sententiae sanctissimorum, et beatissimorum episcoporum. . . » consentiens et ego subscripsi, cognoscens discussionem » sanctorum Patrum, et cum sequi debeam eorum judicium, subscripsi » (1).

(1) *Zallinger instit. jur. Eccl. lib.* 1. *tit.* 2. § 120.

§. I. *Clarissimi Muzzarelli verba hac de re afferuntur.*

Si definitiones Romani Pontificis oecumenicae synodi iterum pertractasse aliquando videntur, inquit Muzzarelli, non de earum irreformabili vi dubitabant, sed toto catholico orbi ostendebant, fidem apostolicae Sedis esse eamdem ac illam, quam universae Ecclesiae inter cunabula, et inter lustrales undas caelitus sibi irroratam ebibebant, et quae per universum terrarum orbem hactenus coruscaverat. Non pugnat imo militat auctoritas veritati, veritas auctoritati, auctoritas auctoritati, consensus universalitati, jus juri, scriptura synodis, Synodi Patrum dogmatibus, Pontifices Conciliis, Concilia Pontificibus, caput membris, membra capiti. Consentanea, amica, conserta sunt haec omnia, mutua se ope, luceque recreant, et augent (1).

§. II. *Cardinalis Ursii animadversio.*

Cardinalem Ursium quoque audire praestat hac de re ita scribentem: « Instituitur aliquando de rebus fidei collatio, et inquisitio, non ut aliquid, quod adhuc lateat certum fixumque cruamus; sed ut illud majori luce donetur, utque firmis etiam rationibus teneamus, quod sola auctoritate tenemus, vel etiam ut in ipsis nos veritate firmemus, sed ut aliis consulamus, et qui ad amplectendam de aliquo fidei dogmate apostolicam definitionem Pontificiae auctoritatis pondere non satis inclinantur, eo saltem illos perspicuis ex sacrarum litterarum, aut Patrum, aut Conciliorum oraculis, ductis argumentis com-

(1) *Muzzarelli de auctorit. Rom. Pontif. in Conciliis Generalibus t. 2. cap. 13. ex Thomassino dissertat. in Concil. Paris. 1667. dissert. 4. § 30. et 35. et in append. ad Synod. Chalced. § 2.*

pellamus. Hujusce rei illustre habemus documentum in celebri illo apostolorum Hierosolymitano Concilio, quod aliorum forma extitit, et exemplar. Quum enim Petrus certam de re quae in quaestionem vocatur sententiam pronunciasset, eam deinde Jacobus ad scripturarum et Prophetarum oracula exegit; non quidem quod Petri definitionem haud satis suo pondere firmam, et immobilem judicaret; sed ut quos Petri auctoritas non moveret, in eandem sententiam veterum scripturarum auctoritate pertraheret » (1).

§ III. *Egregium sapientissimi Mauri Capellari testimonium.*

Neque omittenda sunt haec doctissimi Mauri Capellari verba: « Non è la Chiesa quel tirannico governo, in cui reso » schiavo l'umano intelletto, solo regni la cecità, l' igno- » ranza; non è la fede di Cristo quel peso insopportabile, » che tutte opprima e annienti l'intellettuali potenze, co- » me se la fingono gl' increduli, ma pien di consiglio è il » primo, mite e leggiero il secondo. Perchè cerca sempre » qual madre pietosa e saggia nostra moderatrice la chie- » sa, di così attemperare la propria autorità alla debolez- » za, e esigenza de' figli suoi, che mirabilmente insieme » congiunge l'essere di assoluta sovrana, e quello di guida, » di consigliera, di maestra, onde vedano i fedeli, quanto » *ragionevole* è *l'ossequio*, che da loro richiede alle adora- » bili verità, che ad essi propone, e sieno costretti i ri- » belli a confessare, o almeno a riconoscere la follia della » loro disubbidienza. Ciò ella pratica nel concilio, dove » loro accorda, per una materna condiscendenza, di venir » seco lei ad un esatto confronto giuridico dei comuni

(1) *Cardinalis Ursius de Romano Pontifice lib. 1. cap. 10. ar. 2. vid. Melchior. Canum lib. 5. c. postr. respon. ad 2. vid. Auctorem operis cui tit. Italus ad Febronium t. 1, p. 261.*

» fondamenti e principj, acciò più risulti la loro incon-
» gruenza coll'eretiche deduzioni, e tolgasi quindi ogni a-
» dito all' eresia, di vantarsi edificata sulla base delle
» scritture, o della tradizione. Non potrebbe poi confon-
» dere per questa parte gli erranti, se non trattasse con-
» traddittoriamente la controversia, con una nuova di-
» scussion dei principj, con nuovo esame di tutte le con-
» seguenze, e con ribattere i cavilli, se non ponesse in
» somma nella maggior sua evidenza la verità . . . . Nè
» può indi concludersi, che adunque fosse prima indecisa
» la questione. Quante volte non usò questa condotta la
» Chiesa in punti, che nemmeno dagli avversarj possono
» dirsi indecisi ?

» Rassomigliasi così la Chiesa a quel saggio precettore
» esperto, che conoscendo non proporzionato alla tarda
» intelligenza del discepolo lo sterile metodo della sintesi,
» quello adopera dell'analisi; non perchè nel primo, pro-
» vato inefficace, tutta la forza non comprendasi della più
» rigorosa dimostrazione, ma perchè col secondo scompo-
» nendo l'idee, e il tutto riducendo ai primigenj principj
» più facilmente s' insinua nell' intelletto del discepolo
» istesso . . . Agli stessi avversarj mi appello, che non ar-
» discono di espressamente sostenere l' assoluta necessità
» dei concilj (1). Poichè se non sono necessarj *ad firman-*
» *da dogmata*, come dice il Le-Gros, *quae ab universa*
» *Ecclesia tanquam de fide recipi jam constat*, ma solo
» alcune volte *ad unanimem consensum circa quaedam*
» *dogmata manifestandum*; dunque siccome la manifesta-
» zione presuppone l' esistenza di questo universale con-
» senso, così entrano sovente i padri in Concilio, già con
» ferma credenza di quel dogma, cui vogliono dichiarare.

(1) *Opstr. q. 3. de Conc. Le-Gros de Ecc. concl.* 10.

» Dunque non lo riesaminano dubitando, ma solo, onde
» esporre a chi lo nega, e la sua follia, e la solidità della
» loro fede.

» Ma se l'esame che si fa della dottrina eziandio della
» Chiesa, non pregiudica all'autorità della Chiesa mede-
» sima, che o tacitamente, o espressamente sua l'ha di-
» chiarata; perchè dovrà pregiudicare a quella del Pa-
» pa (1)? »

» Soscrivono i padri alle lettere Pontificie perchè con-
» formi si trovano alla tradizione, ai concilj, alla scrit-
» tura. E perciò solo deducesi, che adunque sospettassero
» i padri che esse potessero non conformarvisi? Il motivo
» per cui si congregavano quei Concilj, era la più chiara
» manifestazione della verità, *ut veritas clarius renitescat;*
» il motivo adunque, per cui doveano mostrarsi attaccati
» i padri alle Pontificie definizioni, altro essere non do-
» vea, che la loro verità da essi riconosciuta. Che se i
» Concilj dicessero di accettare le decisioni dei Papi per-
» ciò soltanto, che dall'augusta sede procedono del suc-
» cessore di Pietro, soddisfar non potrebbero intieramente
» agli eretici, i quali non lo ignoravano, e non ostante prose-
» guivano a vomitare con non minor libertà i loro errori,
» l'infame nota di adulatori ascrivendo a tutti perfino i
» vescovi, che ciecamente sottomessi si fossero. »

» Parla il capo, il punto fissa dell'universale credenza,
» le più sublimi verità propone della cattolica fede, palesa
» l'errore, fulmina dal Vaticano gli erranti, questi resi-
» stono, lui anzi accusano di eresia, contro il suo tribu-
» nale i più fieri colpi vibrando del loro furore, sorge il
» ceto dei sacri pastori, la verità del giudicio, l'equità

(1) *Maurus Capellari nunc Sum. Pontifex Gregorius XVI. trionfo della s. Sede capo 15. n. 3. et seq.*

» della condanna nella più splendida forma dimostrano, » al loro capo indivisibilmente congiunti protestano, che » non l'ignoranza li inganna, non il partito li trae, non » l'adulazione li stimola, non l'interesse li accieca, ma la » sola verità li costringe ad ammettere, e venerare gli o- » racoli, che per bocca del Pontefice ha pronunziati san » Pietro (1). »

ARTICULUS IV.

Enodatur difficultas ex eo deprompta quod episcopi Judices in causa fidei dici non possent, si omnes Pontificiae definitioni assensum praebere deberent.

Sed Febronianos dictitantes audio, si Pontificiae definitioni omnes assentiri debent, episcopos dici non posse judices in causa fidei, quia non habent libertatem, seu jus dissentiendi.

At haeresis Lutheri, quemadmodum respondet Zallinger, jam ante Concilium Tridentinum praeeunte Leone X. Pont. max. irrevocabiliter damnata fuit, ac proinde nemo catholicorum dissentiendi jus, ac libertatem habuit; num propterea Patres Tridentini, qui eosdem iterum condemnarunt errores, non fuerunt fidei judices? ... Deceptrix est haec judicii idea, quasi necessario obscuritatem causae, ac dubitationem, haesitationemque judicis posceret. Vis et potestas judicis non in haesitando sita est, sed in voto decisivo, seu auctoritate ita ferendi sententiam, ut sibi subjectos ad parendum obligare possit, et cogere; id quod fieri ab eo non potest qui voto mere consultivo gaudet.

(1) *Capellari nunc s. Pontifex Gregorius XVI. trionfo della s. Sede capo 15. n. 6.*

Idem Zallinger docet: jus dissentiendi non requiri pro casu, quo catholica veritas, et doctrinae ad judicandum propositae consensio cum veritate catholica, vel dissensio jam certo cognita, et explorata est (1).

Doctiss. Maurus Capellari post sibi factam hanc objectionem « non saran dunque i vescovi nel Concilio giu- » dici della fede? Sì, lo sono. Ma . . . . non hanno la li- » bertà di suffragio, se non possono non accettare i giu- » dicj Papali. » Sic adversarios urget: « è infallibile il » Concilio? Rispondono concordi che sì, quando rappre- » senta la Chiesa universale. Dunque, concludo, non po- » trà sottoscrivere all'errore; in ciò dunque non è libero, » ed è pur vero giudice; l' essere adunque di giudice in- » fallibile esclude anzi questa libertà. Benchè adunque » non possa non riconoscere nelle definizioni dell' aposto- » lica Sede la verità, nulladimeno fa un vero giudicio » nell'abbracciarle, appunto perchè la conosce, e la pro- » pone a' fedeli con autorità di farsi ubbidire (2). »

ARTICULUS V.

Solvitur Febronii objectum ex eo depromptum, quod Christus omnes apostolos ad Evangelium nunciandum miserit etc. singuli apostoli in Ecclesiis quarum curam suscipiebant, natos errores damnaverint, eorumque successores episcopi in eo jure perstiterint ut errores in Synodis particularibus, rarius in generalibus proscriberent.

« Non unum Petrum, inquit Febronius (3), sed omnes » apostolos Christus ad evangelium nunciandum misit; » omnibus apostolis dixit: euntes, docete omnes gen-

(1) *Zallinger inst. jur. Eccl. lib.* 1. *tit.* 2. § 119.
(2) *Capellari nunc s. Pontifex Gregorius XVI. trionfo della s. Sede capo* 15. *n.* 7.
(3) *Febronius tom.* 2. *p.* 401.

» tes. Iidem omnes et singuli id juris, potestatisque acce-
» perunt ut fidem docerent, et quod inde consequeba-
» tur, errorem rejicerent, atque utrum ei, quam Christus
» tradiderat, consentanea nec ne aliqua doctrina esset, ju-
» dicarent singuli apostoli in Ecclesiis, quarum curam
» suscipiebant, coortos errores damnarunt. »

Sed audiamus responsionem quam huic argumento praebet Kauffmansius (1) «similis formae, paris etiam infirmitatis est hoc ratiocinium: singuli diaconi apostolici damnabant errores evangelio, et libertati christianae contrarios, nemo poterat resistere sapientiae et spiritui, qui per eos plenos Spiritu S. et sapientia loquebatur. S. scriptura nobis certa exercitae, per eos potestatis exempla prodit in actis S. Stephani, et S. Philippi diaconorum. Jus praedicandi evangelium conservarunt diaconi eorum successores, probe noscentes non minus ad eos officium dogmata fidei, quam morum et vitae puritatem docendi pertinere; ergo jam certis locorum finibus circumscriptum non est diaconorum ministerium, possuntque jam diaconi ubicumque dicere: ecce aqua quid prohibet baptizari? Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi? Etiam verum non est errores a singulis apostolis seorsim semper fuisse damnatos. Certe illi Antiocheni errabant, qui dum apud eos Paullus et Barnabas morabantur, cum christiana lege tentabant mosaicam componere, non tamen a duobus illis apostolis ejus erroris auctores ibi damnabantur, sed Hierosolymam itum; ibi Ss. Petri et aliorum judicio synodali causa fuit disceptata et finita. Ut juris et potestatis exercitio differunt diaconi nostri temporis a diaconis apostolicis; ita episcopi ab apostolis differunt (2). »

(1) *Kauffmansius dissert.* 4. § 2. *pag.* 336.
(2) *Vid. Zacharia Antifebron. vindic. part.* 2. *dissert.* 5. *cap.* 1. *n.* 4.

Febronius (1), ut refert Zacharia, tradit ab apostolorum temporibus eorum successores episcopos in eo semper jure perstitisse, ut errores in cujuscumque dioecesi prodiissent in synodis particularibus, rarius in generalibus proscriberent.

Verum, quemadmodum animadvertit Zacharia, errores qui vel antea ab Ecclesia damnati sunt, vel apertam haeresim sapiant, posse episcopos proscribere, atque in illorum defensores canonicis poenis animadvertere nemo negat. 2. Posse in gliscentes errores inquirere episcopos, imo et ex suo ipsorum munere debere, exploratum quoque est. 3. Quid vero si detecti errores gravibus videantur rationibus fulciri, atque inter doctores, sintne damnandi, magna in utramque partem contentione disputetur? Hoc (recte teneat Febronius), hoc unum est, quod in controversiam cadit. Nos hac super quaestione ita sentimus, posse episcopos sive in synodo, sive extra synodum novos hujusmodi dubiosque errores provisorio judicio coercere; sed quod ad sententiam spectat, quae rem dirimat, ac fideles ad assensum cogat, eam nonnisi a Romanis Pontificibus expectandam, a quibus propterea episcopi ac synodi relatione, quae et consultationis et judicii quoque rationem habere potest, totum negotium subjicere debeant. Id factum a tota retro antiquitate fuit; immo et fieri debuit (2).

Non contendimus, inquit auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, non contendimus quod episcopi et etiam synodi particulares non possint in difficiliores fidei controversias inquirere, discutere, vel etiam suam sententiam proferre, sed dicimus tale judicium referendum, et nec

(1) *Loc. cit.*
(2) *Zacharia Antifebron. vindicat. part. 2. dissert. 5. cap. 1.*

ultimatum, nec firmum et satis validum esse sine concilio generali, vel judicio Pontificis... Ad quid tot relationes ad S. Sedem titulo *necessitatis*, *veteris consuetudinis*, et *statuti synodalis factae?* Ad quid inde judicium, et confirmatio expectabatur, si episcopi per se potuerunt difficiliores quaestiones fidei decidere, et terminare, nec earum judicium ultimatum Pontifici reservatum fuit? Est et alia ratio quae evincit hanc reservationem in quaestionibus fidei necessariam esse, nempe ipsa unitas fidei, pro qua conservanda primatus Petri et Romana Ecclesia tanquam centrum hujus unitatis constituebantur. Quod si singuli episcopi causas fidei ultimato definire possunt, nec ad centrum referre debent, atque ab hoc normam suae doctrinae recipere, quomodo perstabit unitas fidei? (1)

Sed audiamus haud parvi ponderis hac de re argumentum contra adversarios a Zacharia per haec verba allatum: « appenachè Michel Balbo fu proclamato imperatore » d'Oriente, dissimulando l' empietà, che si covava nel » seno, dall' esilio richiamò i vescovi da Leone Armeno » proscritti, e ordinò a' vescovi cattolici, che a Costanti- » nopoli si portassero per trattar di concordia cogl' Ico- » noclasti sulla questione delle sante immagini. Ma i ve- » scovi con una lettera risposero all' Imperatore, che sen- » za ripugnar all'apostolico precetto non avrebbon potuto » cogli eretici venire in dispute, ma che se alcun dubbio » a lui rimanesse, e diffidasse che dal suo Patriarca gli si » potesse sciorre convenevolmente, comandasse che da » Roma antica ne venisse la dichiarazione, come dicon » essi anticamente e da principio n'è stato per tradizione » paterna tramandato il costume (2). »

(1) *Auctor oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canon. tom.* 2. *nota ad* § 2. *cap.* 4. *p.* 40. *et seq.*

(2) *Zaccaria Anti-Febronio part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 18.

ARTICULUS VI.

Respondetur Febronio qui in dirimendis controversiis ad fidem spectantibus non aliud Papae tribuere videtur quam ut ejus judicio velut provisorio magna debeatur reverentia, et a particularibus exhibeatur Ecclesiis ut latius errores non serpant.

In exponendis primatus juribus sic versatur Febronius, ut animadvertit Gerdil, ut ea non illustrare, sed obscurare potius, atque in angustum contrahere quod posset, ac prope in nihilum redigere voluisse videatur. In dirimendis controversiis, quae ad fidem, moresve pertinent, non aliud Pontifici tribuere videtur, quam ut ejus judicio velut *provisorio* magna reverentia debeatur, et a particularibus Ecclesiis exhibeatur eo etiam fine, eaque auctoritate, ut latius non serpant errores, grassenturque haereses. Qua in re licebit quidem Febronio Gersonii, aliorumve recentioris aevi patrocinio uti, non item remotioris antiquitatis praesidio. Sane quum in duplici orientalium dissidio, cuinam scilicet ex Antiochenis episcopis esset communicandum, atque utrum tres in Deo hypostases, an una hypostasis, et tres personae dicendae forent, Hieronymus Damasi sententiam his verbis efflagitabat « obtestor beatitudinem tuam... ut mihi epistolis tuis sive tacendarum, sive dicendarum hypostaseon detur auctoritas. » Facile quisque intelligit, sic ab eo requisitam fuisse apostolicae Sedis auctoritatem, ut in ea tanquam in veritatis oraculo firme, tutoque conquiesceret . . . Sic dum Basilius ad Athanasium scribebat (1): « visum est mihi, ut scribatur » Episcopo Romano, ut quae hic geruntur, consideret, et » sententiam expromat » putabimus ab illis gravissimis

(1) *Epist.* 69.

sanctissimisque Patribus non aliud expectatum fuisse, nisi pendens, et *provisorium* quod nuncupant, judicium, quod animos ut antea dubios, incertosque relinqueret, non autem fixam, certamque sententiam, quae rem definiret (1)?

CAPUT XXV.

De Papae potestate noxios libros prohibendi.

ARTICULUS I.

Jus noxios prohibendi libros Romano Pontifici competere ostenditur.

Communiter theologi tradunt, teste Alphonso Maria De Ligorio, Romanum Pontificem utpote Christi vicarium, jurisdictionem ab ipso Domino accepisse prohibendi fidelibus lectionem librorum sive de religione impie tractantium, sive contra bonos mores, aut Ecclesiae disciplinam aliquid continentium (2).

« Non può negarsi, inquit Zacharia, che la podestà di » proibire i libri risegga principalmente nel Papa. Egli » è il pastor de' pastori, il maestro de' maestri, il vescovo » de' vescovi. A lui però è stato in eminente maniera » affidato da Cristo tuttociò, che al ministero santo di » pascere, d'insegnare, di regger la Chiesa si appartiene. » E perchè a questo ministero è annessa la podestà di » proibire i libri, in lui per conseguente più che in ogni » altro è richiesta, acciocchè dal gregge allontani i noce-

(1) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retractation. edit. animadvers. in positionem 7. t. 13.*

(2) *Alphonsus M. de Ligorio de prohibitione librorum cap. 2. n. 1. Suarez de triplici virt. disp. 20. sect. 2. Charlas l. 7. c. 18. Braschius t. 3. cap. 26.*

» voli pascoli, da' fedeli l'errore, dalla Chiesa le ree massime, ed ogni scostumatezza (1). Se a Pietro fu detto, inquit Scotti, che pascesse gli agnelli e le pecore, e se la dottrina è appunto il primo pascolo de' fedeli, a lui appartiene, in persona de' suoi successori, allontanare il suo gregge da' libri infetti, come da' pascoli velenosi (2). »

« Altro argomento ne abbiamo, inquit laudatus Zacharia, cioè la premura che ebbero sempre i più dotti e più santi uomini delle cristiane preterite età, perchè le loro opere fossero da' Romani Pontefici esaminate ed approvate. Quattro libri a Papa Dionigi mandò l'altro Dionigi Alessandrino, perchè egli vedesse se diritta fosse la sua fede intorno l'inscrutabile Trinità; di che alcuni avean mostrato di dubitare. Quattro altri libri contro due lettere de' Pelagiani indirizzò s. Agostino a s. Bonifacio Papa, dichiarando d'inviargli tai scritti *non tam discenda, quam examinanda, et ubi forsitan aliquid displicuerit emendanda.* Di s. Cesario Arelatense scrive Gennadio, che *de gratia quoque et libero arbitrio edidit testimonia divinarum scripturarum et sanctorum Patrum judiciis munita. Quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roboravit, et in latius promulgavit.* Ciò che Felice avea fatto coll' opera di s. Cesario, anche Gelasio successor di lui fece co' libri di s. Onorato di Marsiglia. Gennadio poi, che questo racconta, attesta pure di sè, che al giudizio di Gelasio avea soggettato un suo libro della fede, libro che il card. Baronio conjettura essere quello, che altamente s'intitola

(1) *Zaccaria storia polemica delle proibizioni de' libri lib. 2. dissert. 2. cap. 4.*

(2) *Scotti teoremi di politica cristiana vol. I. par. 1. teorema 9. n. 12.*

» ne' mss. *de ecclesiasticis dogmatibus*, e che un tempo
» ebbe luogo tra' libri di s. Agostino. Dalle lettere di s.
» Gregorio M. abbiamo, che Eulogio patriarca di Alessandria
» alla censura di lui soggettò certi suoi scritti.
» Fausto scrivendo la vita di s. Mauro, di cui era stato
» condiscepolo, si gloria di averla fatta vedere a Papa
» Bonifacio III. (1). »

§ I. *Jure noxios proscribendi libros saepissime Romani Pontifices usi sunt.*

Sollicita ac provida Romanorum Pontificum vigilantia (verba sunt Benedicti XIV.), in eam semper curam incubuit, ut Christifideles ab eorum librorum lectione averteret, ex quibus incauti ac simplices detrimenti quidpiam capere possent (2). Hinc ab Innocentio I. Pelagii et Caelestii opera damnata fuere. Saeculo V. a s. Leone Manichaeorum libri proscripti sunt (3).

Nec praetereundum, inquit Gerdil, illustre monumentum ex remotiori etiam memoria petitum potestatis ejus, qua noxiis prohibendis libris apostolica Sedes orbe toto utebatur. Id suppeditat, ut prudenter animadverterunt Maurini editores, epistola Gregorii Magni ad Athanasium Presbyterum. Confugerat is ad Romanam Sedem, ut purgaret se suspicione, qua laborabat haereticae pravitatis. Gregorius veritus, ne quid subesset fraudis, interpellandum censuit proprium illius episcopum Joannem Constantinopolitanum, qui se commotum rescripsit adversus Presbyterum, quod apud eum codex inventus esset haere-

(1) *Zaccaria storia polemica delle proibizioni de' libri lib. 2. dissertaz. 2. cap. 4.*

(2) *Benedictus XIV. constit. sollicita*

(3) *Vid. Alphonsum M. de Ligorio de prohibitione librorum cap. 3.*

tic a labe contaminatus, et codicem ipsum Gregorio misit recognoscendum « quem quia (inquit Pontifex) ad nos » studuit pro satisfactione transmittere, priores ejus par» tes sollicita lectione percurrimus. Et quoniam manife» sta in eo haereticae pravitatis venena reperimus, ne » denuo debuisset legi, vetnimus. »

Quem in locum Maurini : « Agnosce, inquiunt, anti» quam in Romanis Pontificibus libros aliquos prohibendi » potestatem et consuetudinem, cui parere tenebantur » etiam orientalis Ecclesiae alumni Constantinopolitano » Patriarchae, aut alteri alioquin subditi (1). »

Nono saeculo Nicolaus Papa cnm a Bulgaris requisitus fuisset quid faciendum de libris allatis a Saracenis, respondit « utpote noxii et blasphemi igni tradendi (2). »

De Gregorio IX. sic scribit clarissimus Zacharia: Gregorio IX. rivolse il suo zelo contro i libri Talmudici degli ebrei, e feceli in Parigi bruciare da quella illustre accademia. I libri Talmudici soffrirono sotto Innocenzo IV. un nuovo incendio. Lo zelante Pontefice al santo Re di Francia Lodovico scrisse su ciò una forte lettera, perchè con ogni studio facesseli in tutto il reame ricercare, e mettere al fuoco (3).

Alexander IV. (ut testatnr Alphonsus M. de Ligorio) constit. Romanus Pontifex, sub excommunicatione vetuit ne quisquam haberet scripta Guillelmi a sancto amore, mandavitque ut intra octo dies illa comburerentur, et omnes paruerunt. Joannes XXII. in Concilio Romano

(1) *Gerdil ad Hierarch. Eccl. constit. opusc. 3. t. XI. edit. Rom. p. 131. et seq.*

(2) *Nic. Papa epist. ad Bulgar. vid. Alphonsum M. de Ligorio de prohibitione librorum cap. 3.*

(3) *Zaccaria storia polemica delle proibizioni de' libri lib. 1.*

plures libros damnavit, episcopis curam injungens, ut omnes illi concremarentur (1).

§ II. *Quam jure meritoque Romani Pontifices noxios libros prohibeant quae hujusmodi libri afferunt mala evidentissime ostendunt.*

Quis vero ambigere poterit juste, sancte, prudenterque R. Pontifices noxios prohibere libros, si quae ex hujusmodi libris mala ortum ducunt, perpendere velit? « I discorsi malvagi, inquit Scotti, corrompono il costume, » muovono le sedizioni, rovesciano la religione, e tutto» ciò in vastissimi paesi. Come un poco di lievito cor» rompe la massa, un granello di veleno manda in » dissoluzione il corpo, un solo appestato spande il con» tagio in un regno, ed una favilla desta un incendio » inestinguibile; così il discorso di un solo sovvertitore » se passa di bocca in bocca, infetta lo spirito pubblico, » e debbono a ragione temersene le più infauste conse» guenze. Or non potrà avvenire collo scritto lo stesso, » che col discorso (2)? »

Si verbum quod statim avolat, verba sunt Alphonsi M. de Ligorio, serpit ut cancer, et ad mortem vulnerat; quid mali non afferet liber improbus, qui potest evadere perpetuus fons subversionis? Nefarius liber quascumque potest penetrare domos, ad quas auctor nunquam forte aditum posset habere. Quidquid legimus mentem validius occupat, ac facilius ad cor pertransit. Praeterea qui ad auctorem legendum accedit, illi pene discipulum se tradit, ipsique cor docile et benevolum offert, et ideo facile ab illo decipi potest (3).

(1) *Alphonsus M. de Ligorio de prohibit. libror. cap.* 3. *n.* 9. *vid. Labbè tom.* 1. *con. par.* 2.

(2) *Scotti teoremi di politica cristiana vol.* 1. *par.* 1. *teor.* 9. *n.* 5.

(3) *Alphonsus M. de Ligorio de prohibitione librorum cap.* 1. *n.* 2.

« Il nostro spirito, subdit Scotti, più facilmente lascia » persuadersi dallo scritto, che dal discorso, perchè siam » più usi a diffidar di questo, avendone sovente speri- » mentata la falsità che di quello in cui supponiamo una » certezza, una sapienza, una maturità di gran lunga » maggiore. Oltrecchè il discorso del seduttore può nuo- » cere, finchè egli è vivo e parla; ma lo scritto non cessa » di essere pernicioso anche dopo il silenzio, e la morte » dell'autore (1). »

Adde, inquit Alphonsus M. de Ligorio, quod impii scriptores, magno quidem studio, errores suos ita ornent et colorent, ut non solum simplices, sed etiam docti decipiantur. Illos enim nunquam (saltem sub initio) aperte produnt, sed eos variis speciosis rationibus, eruditionibus, ac leporibus vestiunt et liniunt, sicque lethale venenum ingerunt. Quandoque sanctitatem ac zelum praeseferunt, sollicitudinem de publico bono affectant, canonesque perfectionis tradunt, sed latet anguis in herba. Spectabis eos innumeras scripturae et Patrum sententias, et exempla afferre, sed cuncta vel adulterata, vel perperam interpretata (2).

« Oltre alla magia dello stile, onde sono scritte coteste » opere, inquit Scotti, osservansi esse fingere onestà e » rispetto per la verità della religione, onde tolgasi quel- » l'orrore, che l'irreligiosità smascherata, ed il vizio fatto » palese recherebbero ad un animo non ancora cor- » rotto (3): seguono inoltre un metodo interamente di- » verso da quello, che in disputa di religione seguir si » dee da ogni uomo onesto ed amante di verità; cioè » adoperano sarcasmi e satire contro i ministri della re-

(1) *Scotti teoremi di politica cristiana loc. cit.*

(2) *Alphonsus M. de Ligorio de prohibitione librorum cap.* 1. *n.* 3.

(3) *Valsecchi fondamenti della Religione lib.* 3. *p.* 3. *cap.* 3. § 4.

» ligione, spargendo dubbiezza su i misteri rivelati, pro-
» pongono obbiezioni senza principj e senza nesso, e de-
» stano nella gioventù il desiderio dell'indipendenza e
» dell' insubordinazione; ed in tal guisa apronsi la via
» nell'animo de' deboli e vacillanti cristiani, e gl'imbe-
» vono di massime libertine (1). Queste poi son pronun-
» ciate con tal tuono fermo e sicuro, sgombro di ogni
» esitanza, e con aria tanto imperiosa, che fa mirare lo
» scrittore quasi in vetta a tutto il genere umano, d'in-
» nanzi a cui niun più debba zittire, non che possa con-
» traddire, o rispondere alle di lui asserzioni, ed è questo
» un mezzo valevolissimo ad accreditar l'impostura presso
» il volgo de' leggitori (2). Finalmente l'ultima frode più
» dannevole di tutte le altre sono i racconti turpi, e le
» immagini scandalose, che formano d'ordinario l'erudi-
» zione e 'l fregio de' lavori, il cui veleno si rende del
» tutto insanabile mercè delle teorie, con cui si giustifica
» l'iniquità, e si autorizza ogni sfogo. Qui non solo il ri-
» brezzo della natura è vinto, il che pur opera l'esem-
» pio, ma il timore ancora della religione è levato, il
» che è l'effetto delle perniciose dottrine. Ciò che alletta,
» convince; e l'errore, che giustifica poco meno che ogni
» brutalità, persuade più della verità che la vieta (3). »

Testatur B. Dionysius Alexandrinus, inquit Alphonsus M. de Ligorio, libros noxios Nepotis episcopi in partes Kiliastarum pene medium adduxisse Orientem. Bardasanes Syrus in Mesopotamia, ubi Valentinianorum quaedam

(1) *Valsecchi fond. della Religione lib.* 3. *p.* 3. *cap.* 3. § 6.
(2) *Ibid.* § 7.
(3) *Ibid. cap.* 4. § 1. *Scotti teoremi di politica cristiana, vol.* 1. *par.* 1. *teor.* 9. *n.* 6. *vid. Turchi vol.* 6. *contro la lettura dei libri cattivi vid. epist. Encyclicam Clementis PP. XIII. incip.* Christianae reipublicae salus.

volumina legit, non tantum eorum subscripsit erroribus, sed alia atrociora paradoxa finxit, et sic innumeros homines seduxit... Avitus presbyter Hispanus legendo scripta Origenis, quamvis simul legeret ipsorum confutationem, et per Hieronymum admonitus fuisset ab erroribus se cavere, virus tamen rejecta monitione lethaliter absorbuit (1). « Giuliano Alicarnasseo, inquit Scotti, pe' libri di Valentino apostatò dalla fede (2). Eutiche fece immensa strage, e la fa tuttora nell'Oriente per la lettura di un autore manicheo (3). Giovanni Hus restò sedotto dai libri di Wiclefo recati in Boemia, e divenne capo degli Hussiti (4). Chi non sa i danni, che Lutero e Calvino han prodotti nella Chiesa coll'empie lor opere? Chi non sa, che i Papi Paolo IV., Giulio III., Pio IV., Gregorio XV., ed Urbano VIII. si videro nella dura necessità di rivocare le licenze date a taluni di leggere i libri proibiti per l'esperienza del danno che ne avean ritratto (5)? » Sed afferamus verba cujusdam docti haeretici Abraham Le Moine in traductione trium epist. pastor. episcopi Londinensis, qui loquens de pluribus libris in Anglia editis Atheismum sapientibus sic loquitur: « libri hujusmodi » cum incidissent in manus gentis innumerae, malum » peperere infinitum ... Sermo incredulorum ferit; lectores implicantur, egrediuntur scrupuli, et tandem fiunt » increduli inopinato. Effraena inde mentis libertas im» moderatam necessario, ac irresistibilem creat cordis li-

(1) *Baron. ad an.* 144. *n.* 4. *Alphonsus M. de Ligorio de prohibitione librorum cap.* 1. *n.* 5.
(2) *Anastasius Sinaita contra Acaephalos c.* 6.
(3) *Idem ibid. cap.* 14.
(4) *Bellarmin. de laicis, lib.* 3. *cap.* 20.
(5) *Scotti teoremi di politica cristiana vol.* 1. *par.* 1. *teor.* 9. *n.* 7.

» centiam, haec passionibus indulget, ac vitiorum dilatat » imperium (1). »

Apud omnes nationes cultas mos abolendi libros noxiae lectionis semper invaluit, inquit Alphonsus M. de Ligorio. Apud athenienses Protagoras ex senatus consulto undique exterminatus est, ejusque scripta publice igni tradita, quia in illis de existentia Deorum dubitabatur (2). Apud graecos pariter concremati fuerunt libri Epicuri (3). I Romani, inquit Scotti, cercarono di sgombrar dalla repubblica i libri superstiziosi (4), e gli ordini furono più volte rinnovati ed eseguiti (5). Ciò videsi eziandio praticato in altra età per opere, che pure offendevano la religion dello stato (6). Coteste disposizioni credute salutari in tempo della repubblica, furono con egual rigore ripetute da Augusto (7), anzi sotto Tiberio (8), Nerone (9), e Domiziano (10), non ne mancano luminosissimi esempj . . . Che non han fatto gli ebrei per proibire quei libri, che credevansi capaci di offendere il santo lor culto? Forse non giunsero ad interdire fin anche la lettura di talune parti della bibbia a'giovani che potevano innanzi tempo istruirsi di qualche notizia, che corrompesse la loro innocenza (11)?

(1) *Vid. Alphonsum M. de Ligorio de prohibition. libror. cap.* 1. *n.* 4. *Scotti cit. loc.*

(2) *Cicero lib.* 1. *de Nat. Deor. et Lactant. de ira Dei cap.* 9.

(3) *Alphonsus M. de Ligorio de prohibit. libror. cap.* 1. *n.* 7.

(4) *Liv. hist. lib.* 25.

(5) *Idem ibid. l.* 39. *n.* 16. *et l.* 20. *n.* 29.

(6) *Plin. hist. nat. l.* 13. *c.* 13. *Valer. Maxim. l.* 1. *c.* 1. *Lactant. inst. div. l.* 1. *c.* 22. *s. August. de Civit. Dei l.* 7. *c.* 34.

(7) *Sveton. vit. August. c.* 31.

(8) *Tacit. annal. l.* 4. *n.* 15.

(9) *Idem ibid. l.* 14. *n.* 50.

(10) *Idem in vit. Agricolae c.* 2.

(11) *S. Hieronym. prooem. in comment. ad Ezechiel. s. Gregor. Na-*

§ III. *Refutantur adversarii contendentes rigorosam prohibitionem nonnisi perniciosam esse posse, eo quod libertinos ipsa prohibitio magis ad lectionem impellit, et contra aufert cordatis viris ut errores qui serpunt confutare possint.*

Haec quidem est misera hominum conditio, inquit Alphonsus M. de Ligorio, ut vetita avidius patrare cupiant, juxta vulgare illud proverbium *prohibitio generat appetitum*. Sed hoc non evenit, ut ait Chrysostomus (1), ob legis naturam, sed propter eorum, qui legi tenentur parere defectum. Numquid justa praecepta ex hoc erunt perniciosa, ac proinde permittendum erit, ut homines agant quidquid velint?

Hoc ridiculum argumentum primus proposuit Petrus Soave; sed illud egregie diluit cardinalis Pallavicinus; « minore è il numero de' peccati ne' luoghi, dove oltre a » quella lezione, che è conosciuta per nociva, e per oziosa, e pure vietata per legge della natura, è anche peccato generalmente per ecclesiastico statuto la lezione » de' perniciosi libri. Imperocchè maggiori peccati si schivano, mentre innumerabili persone per ubbidienza rattenendosi da sì fatti libri, rimangon liberi dal male in » cui le trarrebbe impensatamente una tal lezione . . . la » proibizione de' libri cattivi porta insieme due altri salutevoli, e considerabili effetti; l'uno è che il timore di » questa autentica nota ritiene molti dallo scriverli, o dal » divulgarli; l' altro che ella col difficoltarne lo spaccio, » ritrae gli stampatori dall' impressione, ed i librai dalla » compra (2). »

zianzen. in apolog. Origenes homil. 1. in cantic. Scotti teoremi di politica cristiana vol. 1. par. 1. teor. 9. n. 8.

(1) *Chrisostom. hom. 10. in epist. ad Rom.*

(2) *Istoria del Concil. di Trento l. 15. c. 61.*

Quamvis igitur, inquit Alphonsus M. de Ligorio, aliquando alicui viro pio prodesse poterit legere pravum librum erroribus notatum, nihilominus (generaliter loquendo) magis expedit ab hujusmodi lectione homines removere (1).

Audiamus etiam Zachariam qui ita scribit: « i buoni » riguardano le proibizioni con tutto il rispetto che meritano, nè per cosa del mondo, non che per leggerissima » curiosità si lascierebbero indurre a leggere un libro che » sappiano essere dalla Chiesa condannato. Gioiscono ancora, massimamente se sieno libri, ch'eglino già consideravano come infetti, e si rassodano nella veramente » sana dottrina. Altri più franchi, ma pure uomini di » non ispenta fede, e di qualche coscienza borbotteranno, » se vuolsi, contro siffatte proibizioni; ma però le rispetteranno... Passiamo a' libertini; molti di costoro sentiranno loro malgrado almen qualche volta scrupoli, rimorsi, inquietudini; e se non altro da' buoni si troveranno riguardati come persone, che portin con sè il contagio; il che dovrà sempre tenerli con grande amarezza » in sulle difese, e talora in freno (2). »

§ IV. *Minime improbandae librorum prohibitiones inauditis auctoribus factae.*

Quod asserunt adversarii, nempe opus esse ad justum ferendum judicium auctores audire priusquam ipsorum opera damnentur, dicimus, inquit Alphonsus M. de Ligo-

(1) *Alphonsus M. de Ligorio de prohibition. libror. nocuae lectionis cap.* 4.

(2) *Zaccaria lib.* 2. *Storia polemica delle proibizioni de' libri dissert.* 1. *cap. ult. vid. Scotti teoremi di politica cristiana vol.* 1. *part.* 1. *teorema* 9. *n.* 13.

rio, id nec oportere, nec expedire, ut jam olim judicarunt patres Synodi Tridentinae contra quosdam paucos episcopos, qui omnino requirebant, ut auctores audirentur: in hujusmodi enim judicio non de personis scriptorum damnandis tractatur, sed de removendo damno, sive damni periculo, cui fideles propter librorum illorum lectionem subesse possunt. Ad quid autem requiritur citatio auctoris, ubi ipsa scripta ejus confessionem exhibent? « Cum vitium, ait Ludovicus Muratorius (1), satis apertum » se dissimulari non patiatur, et excusationi locum aufert, » intrepide sententia feratur, et inauditis quoque aucto- » ribus proscribantur libri, reipublicae debetur isthaec » medicina. » Minime igitur opus, nec expediens est, ut audiantur auctores, ubi ex iisdem libris potest judicium efformari, quod eorum lectio noxia, vel saltem periculosa aliis esse possit. Quamvis enim auctor innoxie scripserit, et deinde in bono sensu valeat scripta sua explicare, nihilominus potest et debet Ecclesia librum proscribere, si judicat lectionem illius perniciem populis allaturam. Quaero quid tunc ageret auctor, si coram audiretur? vel diceret se catholico sensu fuisse locutum, vel opus non esse suum? Si primum nihil id ei proderit ad damnationem operis vitandam, ubi aliqua propositio censetur posse aliis offendiculo esse, quamvis ipse innocens judicetur. Si secundum, neque id prohibitionem impedire valebit, cum non auctor damnationi subjiciendus sit, sed tantum fideles ab operis lectione removeri debent (2).

Sed audiamus Benedictum XIV. ita loquentem: « conquestos scimus, aliquando nonnullos, quod librorum judicia, et proscriptiones, inauditis auctoribus fiant, nullo

(1) *Ludovicus Muratorius de Ingen. Moder. lib. 2. cap. 5.*

(2) *Alphonsus M. de Ligorio de justa prohibitione et abolitione librorum nocuae lectionis cap. 4 n. 25. et seq.*

ipsis loco ad defensionem concesso. Huic autem querelae responsum fuisse novimus, nihil opus esse auctores in judicium vocare, ubi non quidem de eorum personis notandis, aut condemnandis agitur, sed de consulendo fidelium indemnitati, atque avertendo ab ipsis periculo, quod ex nocua librorum lectione facile incurritur; si qua vero ignominiae labe auctoris nomen ex eo adspergi contingat, id non directe, sed oblique ex libri damnatione consequi. Qua sane ratione minime improbandas censemus hujusmodi librorum prohibitiones, inauditis auctoribus factas; quum praesertim credendum sit, quidquid pro seipso, aut pro doctrinae suae defensione potuisset auctor afferre, id minime a censoribus, atque judicibus ignoratum, neglectumque fuisse. Nihilo tamen minus quod saepe alias, summa aequitatis, et prudentiae ratione, ab eadem congregatione factum fuisse constat; hoc etiam imposterum ab ea servari magnopere optamus, ut quando res sit de auctore catholico, aliqua nominis, et meritorum fama illustri, ejusque opus, demptis demendis, in publicum prodire, et prodesse posse dignoscatur, vel auctorem ipsum suam causam tueri volentem audiat, vel unum ex consultoribus designet, qui ex officio operis patrocinium, defensionemque suscipiat (1). »

§ V. *Nullatenus Roma reprehendi debet eo quod prohibitionis rationem non reddat.*

Non desunt equidem qui Romam reprehendere non verentur eo quod ab ipsa prohibitionis ratio minime reddatur; ast quam immerito haec ab ipsis reprehensio fiat,

(1) *Benedictus XIV. Const. sollicita. Vid. Zaccaria lib. 2. disser. 3. par. 1. cap. 4.*

quis non videt? « La poca docilità de' novatori, inquit Zacharia, ha obligato Roma a non render ragione de' suoi » divieti. I Papi della primitiva Chiesa trovavano ne'fedeli » uno spirito di semplicità, che non li portava all'esame » delle ragioni, che talvolta si allegavano nelle condanne. » Ma guai se ora volessero i Papi recare i motivi delle » loro proibizioni; non farebbero che aprire un campo di » nuovi litigj, e d' infiniti cavilli. Nè questo è dispotismo, » e se lo fosse, converrebbe farlo ben antico, perocchè » qual ragione diede Gelasio col suo Concilio Romano » dell'indice, che publicò de' libri apocrifi? Gli stessi » generali Concilj sarebbono stati investiti dallo spirito di » dispotismo. Qual ragione apportò il Concilio di Costanza » della condanna che fece delle proposizioni di Wiclefo, » e di Hus? quale il Concilio di Trento di tanti anatemi » contro i falsi dogmi di Lutero, Calvino, e di altri eretici? Anzi lo stesso si può dire di tutti i concilj ecumenici. Perocchè troviamo bensì ne' loro atti, ne' previ » esami, che vi si fecero degli errori, che voleansi anatematizzare, la tradizion consultata, e i testi che in quelle » discussioni si recitaron de' Padri; ma quando si venne » alla condanna, non più si parlò di motivi (1). »

§ VI. *Hujusmodi prohibitiones nequaquam Religioni sunt noxiae.*

Audent adversarii hujusmodi prohibitiones veluti religioni noxias venditare. « Tantum abest, ajebat Edmundus Richerius a Bohemero citatus, ut haec librorum expurgandorum ratio, fini ac proposito ad quod instituta est, serviat, quum potius vehementer noceat. » Hinc M. An-

(1) *Zaccaria lib. 2. controversie polemiche sulla proibizione de' libri dissert.* 3. *par.* 1. *cap.* 4. *n.* 6.

tonius de Dominis in praefatione sui libri de Republica Ecclesiastica, Papae exhibebat ejusdem prohibitionem non expedire, quia si ipsum damnaret, non potest orbis universus christianus non advertere, et agnoscere ipsum (Papam) non ratione, sed vi suas tueri velle usurpationes, Ecclesiamque falsitatibus oppressam detinere, adeoque causae suae diffisum, quum clypeum nullum habeat, loricam nullam, nullum adversus tela intorta honestum munimentum, ignava declinatione, immo fuga uti turpissima, ac sedulo cavere, non quidem ne vincatur, sed ne victus suis appareat asseclis.

At respondet clariss. Gauchat (1): « se allontananansi gli » uomini dalla lettura di certi libri, non che la verità » tema gli assalti dell'errore, o sfugga il confronto; sicura » sempre di vincere, brilla con maggior chiarezza ad onta » de' pregiudizj, con che si vorrebbe oscurare. Ma tutti » non sono capaci di questo esame, è dunque prudenza, è » dovere il sottrarsi a questi lacci. Questo zelo fondasi » sulla debolezza de' leggitori, e non sulla forza, o sul peso » de' libri (2). »

« La Religione, inquit Zacharia, non paventa assalti. » Ella è fondata sulla fermissima pietra, contro di cui in» vano le infernali porte tenterebbono di prevalere. Vin» citrice delle fiere, degli eculei, delle graticole, e di tanti » altri crudelissimi ordigni, che a strazio de' suoi parti» giani furon già messi in opra dalla regnante idolatria, » temerebbe ella il cimento della farneticante ragione? » Quel solo a che intendono le proibizioni de' libri, è di » preservare da certo danno i leggitori. La debolezza dei » figliuoli è quella che riempie di giusto timore la Chie-

(1) *Gauchat tom. 4. lett. 41. p. 189.*
(2) *Vid. Zaccaria della proibizione de' libri p. 270.*

» sa, e se arma di sacri fulmini la mano per allontanarli
» da tal lettura, è sol prudenza di madre amorosa, che
» minaccia il mal pratico fanciullino, ove incauto corra a
» non difeso finestrone con pericolo di mortal caduta, o
» voltolarsi il vegga sull'erbe, tra le quali velenosa serpe
» si giaccia appiattata (1). »

Hinc quantum a veritate recedant qui autumant omne librorum genus rite legi posse sub praetextu, quod error semetipsum prodat, nec confutatione indigeat, declaravit eminentissimus Card. Tadini, ut refert clarissimus Joan. Baptista Rosani, qui in articulo Accademia di religione cattolica in Roma, prima adunanza 21. maggio, sic scribit: « il corso
» accademico venne aperto solennemente dall'eccellentis.
» sig. Card. Placido Maria Tadini arcivescovo di Genova.
» Ben conoscendo l'illustre porporato quanto possa riuscir
» fatale alla religione e al costume quella specie d' indif-
» ferenza che da certuni introdur si vorrebbe intorno al
» leggere ogni sorta di libri sotto il pretesto che l' errore
» si appalesa da sè, nè abbisogna di essere confutato, prese
» a combattere questo infernale artifizio con argomenti
» desunti dalla ragione, dalla critica, e dalla natura del-
» l'uomo; ed a mostrare quanto in ciò siano salutari, ed
» unisone le provvidenze della Chiesa passò di secolo in
» secolo, e fece toccar con mano, che se per una parte il
» libertinaggio e l' eresia procurarono in ogni tempo di
» contaminare la verità coi pestiferi loro scritti, per l'altra
» si videro sempre sorgere opportunamente numerose
» schiere di dottori e di Padri, che scendevano in campo
» con le armi dell' eloquenza, della filosofia, della fede, e
» riportavano su gli errori una compiuta vittoria, mentre

(1) *Zaccaria storia polemica delle proibizioni de' libri l. 2. dissert. 1. cap. 3. n. 8. vid. Turchi vol. 6. contro la lettura dei libri cattivi.*

» i pastori vegliavano assidui a tener lontano il proprio » gregge da que' pascoli infetti. Da ciò prendeva egli mo- » tivo di vieppiù animare i cultori delle scienze sacre a » volgersi contro quelle scritture di iniquità, di cui pur » troppo è sì fecondo il nostro secolo (1). »

§ VII. *Respondetur adversariis asserentibus plurima damna reipublicae litterariae hujusmodi prohibitiones afferre.*

Me non latet adversarios dictitare quamplurima damna hujusmodi prohibitiones reipublicae litterariae afferre. « Quid agunt, inquit Bohemerus, quam ut bona ingenia supprimant, veritati ipsi et eruditioni bellum indicant, et priscam barbariem, sub qua res Romana admodum crevit, rursus inducere adnitantur? »

Sed audiamus clarissimum Scotti (2) ita cum Valsecchi respondentem. « Il Valsecchi ha risposto che considerata l' immensa quantità de' libri, ond' è oppressa oggidì la repubblica letteraria, non è difficile trovare in ogni argomento opere più compiute, più eleganti, e più precise di quelle, la cui proibizione riesce tanto grave a' libertini; talchè ha saputo questo valente scrittore fare un bel confronto delle opere malvage con tante lodevolissime, che possono affidarsi a chicchessia (3) senza abbandonarsi nelle braccia o di un empio, che vuol disseminare le sue lezioni irreligiose, o di un dissoluto che sparge in iscritti osceni l' infamia del suo cuore, o di caustico che lacera crudelmente gli oggetti del suo odio (4). Audiamus etiam

(1) *Vid. annali delle scienze religiose vol.* 1. *n.* 2. *Roma, settembre ed ottobre* 1835.

(2) *Scotti teoremi di politica cristiana vol.* 1. *par.* 1. *teorem.* 9. *n.* 14.

(3) *Valsecchi fondamenti della Religione l.* 3. *p.* 3. *c.* 14. § 3.

(4) *Gauchat gli apologisti della Religione t.* 2. *lett.* 23. *p.* 279. *et seq. Roma* 1783.

hac de re Zachariam: « da Roma si dà con certe condizioni niente gravose licenza di leggere i libri proibiti a quelli, che muniti de' debiti attestati, la chieggano. Ciò posto gli uomini di studio e di lettere non hanno tra noi per questa parte gran fatto a dolersi (1). Io aggiungo con S. Girolamo (2), subdit laudatus Scotti, che quando pure dovessimo esser privi di qualche notizia per avere schivato un libro infetto, sarebbe meglio ignorar qualche cosa per custodire l' integrità della fede, e la tranquillità della coscienza, che impararla esponendo a pericolo la nostra vera felicità (3). »

§ VIII. *Solvitur Febronii objectio.*

Non semper constat, inquit Febronius (4), quod consultores eam in revidendo libro diligentiam afferant, quam negotii gravitas exigit; quod nulla inordinata irrepserit passio, nulla intervenerit sub vel obreptio. Sed respondet Zacharia: « Tali invettive non saranno dagli uomini assennati reputate se non querele di animi intolleranti, ove e nella scelta de' revisori de' libri, e nella revisione stessa le sagge regole si osservino da Benedetto XIV. prescritte nella costituzione *Sollicita ac provida*; ma so ancora, che osservandosi, come al presente si fa, non cesseranno perciò i novatori di declamare. Perocchè è questo sempre stato il costume di coloro che furono condannati da Roma e dalla Chiesa, nè alle sue proibizioni si sottomisero con

(1) *Zaccaria storia polemica delle proibizioni de' libri l. 2. dissert. 1. cap. ult. n.* 4.

(2) *Epist. ad Eustoch. de custod. virginit.*

(3) *Scotti teoremi di politica cristiana vol.* 1. *par.* 1. *teorem.* 9. *n.* 14. *vid. Turchi vol.* 6. *contro la lettura dei libri cattivi.*

(4) *Tom.* 1. *p.* 703.

umiltà di cuore, di attribuire le loro condanne ad ignoranza, ad impegno, ad odio de' giudici... Il Concilio di Trento condannò gli errori de' Luterani, e de' Calvinisti; e che ottenne? di venir da M. Antonio de Dominis dichiarato tutto pieno di frodi, artificj umani, passioni, sforzi, violenze, ed inganni. Anzi F. Paolo cerca tratto tratto di fare a' suoi leggitori credere, che i padri e teologi del Concilio fossero persone di grande ignoranza nella buona teologia, e solo possenti nelle scolastiche sottilità, cioè frivolezze. Calvino stesso avea già detto il medesimo, e rappresentati i padri di Trento come «partim ambitione irretitos, partim excaecatos avaritia, partim rabie accensos etc.» Nè perciò vorrà a costoro prestar fede alcuno che abbia non dico veduta la storia del Pallavicini contrapposta a quella del Sarpi, ma sappia i nomi sì famosi dei più cardinali, vescovi, e teologi intervenuti al Concilio. Furono da'teologi d'Inghilterra denunziate ad Urbano VI. parecchie proposizioni di Giovanni Wiclefo. E i suoi discepoli che ne dissero? dissero che quei teologi *subtilitates evangelici nostri magistri non intelligunt.* »

« Ma quantunque prevenuto esser possa un censore o a favore, o contro di un'opera, e del suo autore, non dee la sua censura essere esaminata da' consultori, e poi dagli eminentissimi padri? ed ov'egli stia per la condanna, non si dà egli luogo ad una revision nuova, la quale si assoggetta similmente al giudizio in prima de' consultori, indi de' cardinali? Possibile che tutti cospirino nelle stesse passioni, negli stessi riguardi, negli stessi fini, per adottar ciecamente il parere di un revisore nemico, e per opprimere seco lui la verità e l'innocenza (1)? »

(1) *Zaccaria lib. 2. controversie polemiche sulla proibizione de' libri dissert. 3. par. 1. cap. 2. n. 1. et seq.*

CAPUT XXVI.

De Papae auctoritate regularibus indulgendi exemptiones.

Quemadmodum politici principis est, verba sunt clarissimi Zacharia, familias de se ac de patria bene meritas privilegiis ornare posse, easque non modo a communibus vectigalibus eximere, verum etiam a Praefectorum Urbium, praesidumque provinciarum auctoritate exemptas suae tantum jurisdictioni subjicere; ita supremo spirituali principi jus esse debet, religiosorum caetuum ob res pro catholica Ecclesia praeclare gestas praemiis afficiendorum, ac suae propterea immediatae potestati adserendorum.

Parochi intra paraeciarum suarum fines unum, aut alterum, aliquando plura sanctimonialium caenobia habent; fac illos de episcopis queri, quod illa ab ipsorum regimine avulsa aliis sacerdotibus in omnibus quae ad sacramentorum administrationem, ac spiritualem gubernationem pertinent, regenda tradant. Ridebuntur sane; neque injuria. Quum enim episcopi sint omnium intra diaecesim ovium ordinarii pastores, ita gregis sui portionem parochis custodiendam credere possunt, ut ex illa ipsa aliquot oves demant, quas vel ipsi per se, vel per alios pascant. Quidni igitur id ipsum supremo christiani ovilis pastori liceat, quin inferiores pastores illam tam sibi, suoque muneri injuriam doleant (1)?

Si diaeceses signare, inquit Politi, et partiri limitibus, easque modo secare, modo latioribus, modo angustioribus terminis definire fas semper fuit Pontificibus, praesertim

(1) *Zacharia Anti-Febron. vindicat. t. 4. dissert 10. cap. 4. n. 2.*

ubi etiam episcoporum accessit, vel saltem non intercessit voluntas, cum monasteriorum loca, villulasque tanquam extra diaecesis fines habendas esse, ipsis episcopis haud refragantibus, quinimo saepe suffragantibus indulserunt, tunc nil aliud ea re actum est, quam novis limitibus diaeceses circumscribere.

Licuit id orientalium Ecclesiarum Patriarchis, jam inde a priscis Ecclesiae saeculis, qui in illis locis, in quibus caenobia, ac monasteria aedificanda erant, stauropegii jure utentes, crucem ponebant, atque hoc erat signum, quo declarabant, se loca illa episcoporum territorio subtrahere, atque subducere. Cur igitur hoc itidem non liceat Patriarchae Latino Pontificia insuper dignitate cumulato (1)?

« Se poterono, inquit Gerdil, que' Patriarchi a tenore » di quell'antica disciplina sottrarre alla giurisdizione de' » vescovi li monasteri situati nelle loro diocesi, ed assog» gettargli a sè, come può senza manifesto errore negarsi » un tale diritto al sommo de' Patriarchi e nella Chiesa » tutta e specialmente nel distretto del suo Patriarcato? » Errore oggimai tanto più condannabile, dappoichè dal » Concilio di Trento, e da parecchie costituzioni Ponti» ficie rimane vie maggiormente autenticata l'esenzione » de' regolari, con quelle saggie restrizioni, che vi furono » apposte per prevenirne gli abusi » (2).

Suffragatur clarissimus Noghera ita scribens: « Chi tien » nella Chiesa il primato non solo di ordine, e di onore, » ma ancor di autorità e di giurisdizione non può egli » esentare alcuni dalla giurisdizione ordinaria del vesco» vo, qualora ciò persuadano giuste e gravi cagioni? Po-

(1) *Politi jurisprud. Eccl. univers. tom. 8. quaest. 26.*

(2) *Gerdil confut. di due libelli contra il breve super soliditate p. 2. tom. 12. edit. Rom. pag.* 156.

» trà il vescovo esentar alcuni dal proprio parroco, non
» potrà il Papa esentare parimente alcuni dal proprio
» vescovo? Ah si replica, tali esenti sono divisi dal ve-
» scovo medesimo. Immensa è la distanza dall' esenzione
» alla divisione. Unito anzi a'vescovi è chiunque è unito
» al capo de' vescovi, che è il centro della cattolica unità.
» L'esenzione giova piuttosto in certe circostanze a im-
» pedir la divisione, che nascer potrebbe da' reciproci
» urti, e contrasti nelle giornaliere occorrenze. »

« Quanti pur sono i vescovi stessi pria suggetti, e poi
» fatti esenti gli uni dagli altri? Contuttociò chi mai li
» dirà gli uni dagli altri divisi? Tutti anzi subordinati e
» uniti al loro capo, tutti per conseguente uniti ancora
» tra loro. »

« Il signor Eibel di leggieri comprenderà che come ne'
» primi tempi vi poteron essere giusti motivi della sog-
» gezione de' regolari a' loro vescovi, così ne' tempi suc-
» cessivi poteron nascere motivi pur giusti delle esenzio-
» ni loro concesse dal supremo capo della Chiesa. S'in-
» terroghino generalmente gli stessi vescovi. Chiamansi
» essi forse offesi da tali esenzioni? Egli è vero, che da
» alcuni di loro se ne udì talvolta qualche richiamo, o
» perchè l'esenzioni fossero troppo ampie, o perchè in-
» sinuati vi si fossero abusi pregiudiciali alla dignità epi-
» scopale, o al buon ordine, e alla quiete delle diocesi.
» Perciò essendosi più sottilmente disaminate le cose da'
» Concilj, e da' Papi stessi si diè a tali eccessi, o abusi il
» più efficace provvedimento. »

« L'università de' vescovi, anche a Concilio adunata
» tanto fu lungi da querelarsi di esenzioni sì discrete,
» che anzi ella stessa le approvò, e le confermò. Oltrechè
» non pochi vescovi furon essi i chieditori primi di tali
» esenzioni nelle lor diocesi, i primi promotori presso il

» supremo lor capo. A che dunque per tal riguardo si » vien oggi contro il capo medesimo menando rumore a » nome de'vescovi, come se si trattasse di torto gravis- » simo fatto alla loro autorità » (1)?

Sane Arelatenses Patres decreverunt an. 455. « *Monasteria ad solam et liberam Abbatis proprii, quem sibi elegerint, ordinationem, dispositionemque pertineant, neque ex iis sibi episcopus quidquam vindicet.* » Nil igitur, inquit clarissimus Politi, nil igitur novi aggressi, molitique sunt, sed ad id quod primis Ecclesiae saeculis servatum erat, redierunt Pontifices, cum monasteria atque Coenobia ab episcoporum jurisdictione immunia esse jusserunt (2).

ARTICULUS I.

Num Monachorum ab ordinaria episcoporum jurisdictione exemptio in Ecclesia antiqua sit.

Inquirenti autem, num hujusmodi monachorum exemptio pro antiqua habenda sit, sic respondet Cardinalis Gerdil: « L'esenzione de' monaci dalla giurisdizione ordinaria de' vescovi è molto antica nella Chiesa. Nel Concilio cartaginese an. 525 sotto il vescovo Bonifacio, l'Abate Pietro, per vendicare l'immunità del suo monastero contro il vescovo Liberato, produsse tra gli altri monumenti un decreto del Concilio Arelatense I. confermante l'immunità del celebre monastero di Lerino. Conforme a' voti dell' Abate Pietro emanò il decreto del Concilio di Cartagine. » Erunt igitur omnia omnino monasteria, sicut

(1) *Noghera tom.* 15. *part.* 2. *sulle conseguenze del primato che toccano i vescovi* § 3. *dell'esenzione de' Frati pag.* 86. *et seq.*
(2) *Politi jurisprud. Eccl. univ. t.* 8. *q.* 26.

semper fuerunt a conditione clericorum modis omnibus libera, sibi tantum, et Deo placentia. » Ed al vescovo Liberato fece Bonifacio una risposta, che pare fatta per li nostri tempi: « *Neque enim poterimus statuta mutare, quae per tot sacerdotes, instinctu Divino servata noscuntur. Si enim admiserimus ea, quae ante constituta sunt in retractationem vocari, nihil in Divinis humanisque actibus, nihil in sacris, publicisque rebus obtinere ullam poterit firmitatem; dum post annorum spatia, tanquam in emendationem Patrum velut instructior nostra videatur nutare posteritas.* »

« Il decreto di questo Concilio fu amplamente confermato da altro Concilio di Cartagine sotto Reparato an. 535, conforme alla sentenza di Feliciano vescovo di Ruspa successore di s. Fulgenzio: « *De monasterio Abbatis Petri, ubi nunc Fortunatus Abbas constitutus est, quae temporibus sanctae memoriae Bonifacii in universali Concilio, nobis etiam praesentibus, acta sunt, inconvulsa permaneant. Caetera vero monasteria etiam ipsa libertate plenissima perfruantur, servatis limitibus Conciliorum suorum in haec dumtaxat, ut quandocumque voluerint sibi clericos ordinare, vel oratoria monasteriis dedicare, episcopus in cujus plebe, vel civitate locus Monasterii consistit, ipse hujus muneris gratiam compleat, salva libertate monachorum, nihil sibi in eis praeter hanc ordinationem vindicans, neque ecclesiasticis eos conditionibus, aut angariis subdens etc.* »

« Dice Tomasino (1) non potersi negare: *quin saeculo jam septimo essent in Patriarchatu Constantinopolitano bene multa Caenobia, ab episcoporum diaecesanorum spi-*

(1) *P.* 1. *lib.* 3. *cap.* 31.

ritali jurisdictione prorsus absoluta, et uni immediate subjecta Patriarchae Constantinopolitano, et Exarcho Patriarchali, quem ille ad omnium monasteriorum administrationem delegabat » (1).

ARTICULUS II.

Regularium exemptiones a Romanis Pontificibus indultae, inter abusus nequaquam recenseri debent.

Concedimus, verba sunt auctoris operis cui titulus, Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, concedimus propter exemptiones, querelas, gravamina, et ex earum abusu etiam incommoda orta fuisse. Sed num ideo eximentis potestas, et causa nulla subsistit? num omnes exemptiones, et apud omnes malae sunt? Hae querelae, haec gravamina contra exemptiones regularium saepe in Conciliis Viennensi, Constantiensi, Lateranensi V. Tridentino mota sunt; quare igitur hae exemptiones non sunt abrogatae? mota sunt coram episcopis, de quorum jure laeso agebatur: si tam malae sunt Exemptiones, tanta incommoda ferunt, profecto debuissent abrogari; sed id factum non fuit. His nunquam cessissent episcopi in tot Conciliis, si exemptiones revera tanta mala in Ecclesiam induxissent. Imo cur e contrario Cardinalis Lotharingus in Tridentino ubi agebatur de visitatione, et jurisdictione episcoporum in monasteriis quibus cura animarum imminet pro Cluniacensibus in ipso Concilio adhuc exemptionem petiit (2)?

(1) *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate p. 2. tom. 12. edit. Rom. pag.* 154. *et seq.*

(2) *Auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas tom.* 4. *nota ad* § 4. *cap.* 7. *p.* 390.

« Non basta dire, inquit Gerdil, che li monasteri nella prima origine sottoposti furono a' vescovi per tacciare quali abusi le posteriori esenzioni, approvate da' Concilj, e da' Pontefici, e canonizzate dalla pratica della Chiesa. D'altra maniera si spiega l'autore della giustificazione de' discorsi, e dell'istoria ecclesiastica dell'Abate Fleury (1), il quale per altro non è sospetto di troppo attaccamento alla santa Sede: Dappoichè, dice egli, si è insensibilmente mutato un qualunque capo di disciplina, se vi si aggiunge Decreto di Concilio generale, o del Romano Pontefice col consenso del ceto de' pastori per l'approvazione della nuova disciplina, si dee tener per certo, che quel nuovo capo, sebben contrario all' antico costume, non è però contrario alla fede, o a' buoni costumi, nè può pertanto contarsi fra gli abusi, posciachè non mai la Chiesa conferma cosa, che sia contraria alla fede, o a' buoni costumi. » Cito questo tratto, perchè stante il decreto Tridentino, prova contro gli avversarj *ad hominem* non potersi annoverare fra gli abusi l'esenzioni de' regolari » (2).

« Si quis perlegerit, verba sunt doctissimi Cardinalis » Gerdilii, quae docte de immunitatum disciplina dis- » serit Benedictus XIV. (3), probe intelliget hanc Pon- » tificum, Conciliorumque sapientia sic temperatam, et » constitutam esse, ut per eam regulares episcopis pro- » desse saepe, nocere nunquam valeant. Nec tamen ne- » gaverim, ex regularibus existere aliquando posse per- » vicacis ingenii homines, qui suae professionis obliti, » ejusque reverentiae, quam episcopis praestare omnino » debent justas ipsis querelarum, et offensionum causas

(1) *T.* 1. *p.* 1. § 1.

(2) *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate p.* 2. *tom.* 12. *edit. Rom. p.* 156.

(3) *Benedictus XIV. de Synod. diaeces. l.* 9. *c.* 15.

» praebeant. At simul cautum est, qua ratione istorum » contumacia comprimi, frangique valeat. Aliunde est » haec depravatae naturae conditio, ut quae sunt ad sa- » lutem comparata, eis perversi homines abutantur ad » perniciem; nec minus propterea retinenda sunt salu- » taria instituta. Accidit quoque interdum ut et capitula, » et parochi, et sodalitates juribus suis, et privilegiis abu- » tantur ad vexandos episcopos: nec desunt in historia » ecclesiastica monumenta, quae probent, aliquando etiam » contigisse, ut ipsimet episcopi sanctissima sua auctori- » tate abuterentur. Num propterea et parochorum et ca- » pitulorum, et episcoporum delenda jùra erunt, peni- » tusque abolenda? Unum optandum, ut et episcoporum, » et regularium mentibus alte infixum maneat sapientis- » simum **Leonis X.** monitum in sua constitutione: ***Dum*** » ***intra*** promulgata in Concilio lateranensi V. « Novimus » episcopos ipsos in partem sollicitudinis nostrae assum- » ptos fuisse, quorum honor, et sublimitas, teste Ambro- » sio, nullis potest comparationibus adaequari, religiosos » etiam in Agro Dominico pro christianae religionis de- » fensione et ampliatione complura fecisse, ac uberes fru- » ctus protulisse, et in dies singulos proferre ita ut eorum- » dem episcoporum, ac religiosorum bonis operibus or- » thodoxam fidem incrementa sumpsisse, et per orbem » terrarum undique dilatatam fidelium nullus ignorat. » Ita quoque par est, eos inter se nostris provisionibus » pacis vinculo, ac fraterna charitate, et unitate conjungi, » ut eorum concordi doctrina, et mutuis operibus ube- » riores in Ecclesia Dei fructus proveniant » (1).

(1) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retractation. edit. animadvers. in positionem* 35. *tom.* 13. *edit. Rom. p.* 355. *et seq*

ARTICULUS III.

Vetus circa regularium exemptionem disciplina.

Sed jam veterem circa regularium exemptionem disciplinam tantisper expendere juvat, qua de re audiendus est doctissimus Bianchi: Sebbene i monaci soggetti erano alla giurisdizione de' vescovi ne' tempi antichi, contuttociò in molte cose andavano liberi, ed esenti dalla loro autorità. Primieramente erano liberi in quanto all'elezione del loro Abate, o superiore, la qual dovea farsi da tutta la congregazione de' monaci, nè in quella potea impacciarsi il vescovo, se non in quanto a lui apparteneva ordinare, e consacrare l' Abate eletto. Secondariamente aveano in questo i monasterj libertà dall'autorità de'vescovi, che non era a questi permesso l' ordinare alcun monaco, per servigio della diocesi senza consenso dell'Abate. »

« A riserva delle cose sopradette, benchè prima dell'ottavo secolo fossero i monasterj e i monaci generalmente soggetti alla giurisdizione de' vescovi, non è però che anche ne' secoli precedenti in alcun luogo, dove i monaci erano da' vescovi gravati, non fossero sottratti dalla lor potestà, e non fosse stimata ragionevole per tali cagioni questa esenzione. »

« Ma molto più ampla era l'esenzione, che per antico costume godevano nel principio del sesto secolo i monaci in Africa, come apparisce dagli atti del Concilio cartaginese celebrato sotto Bonifacio primate di Cartagine l'an. 525. Da questi atti siamo istruiti che i monasterj di Africa erano del tutto liberi dalla giurisdizione ordinaria de' vescovi, nelle cui diocesi erano fondati, ed era in arbitrio de' monasterj, e degli Abati, pretermesso il vesco-

vo Diocesano, cercar la protezione, o come essi dicevano, la consolazione di altro vescovo anche lontano ad effetto, che i monaci fossero da quello ordinati. »

« Ai documenti del sesto secolo può aggiungersi il decreto di s. Gregorio Magno fatto nel Concilio Romano tenuto il primo anno del settimo secolo. »

« Da questo decreto di s. Gregorio sembra che si possa raccorre, che i monasterj almeno d'Italia, oppure della provincia Romana immediatamente sottoposta al diritto metropolitico del Romano Pontefice, esentati dall'ordinaria autorità de' vescovi rimanessero immediatamente soggetti alla Sede apostolica. E benchè il Padre Tommasino sia di sentimento, che avanti il Pontificato di s. Zaccaria nessun monastero era stato riserbato all'immediata giurisdizione della s. Sede (1); contuttociò anche prima di Zaccaria si trovano monasterj riserbati alla sola autorità della Sede apostolica. Don Giovanni Mabillon ci ha fatto vedere che da Giovanni IV. sommo Pontefice sino dall'anno 641 furono simili esenzioni ad istanza di Clodoveo II. Re di Francia concedute al monastero di s. Colombano di Luxeul, o Luxevil nella Contea di Borgogna (2). Ecco adunque come un secolo prima del privilegio di s. Zaccaria dato ai monasterj di monte Cassino, e di Fulda trovansi esempj di monasterj esentati dall'autorità de' vescovi, e sottoposti immediatamente all'autorità della Sede apostolica; e ciò a richiesta de' Regi, e de' Principi del secolo. Ma prima ancora di Giovanni IV. essere stata conceduta una somigliante esenzione da Onorio I. al monastero di Bobio nella Liguria intorno all'an. 628, viene attestato da Giona monaco, e discepolo di s.

(1) *Thomassin. de vet. et nov. Eccl. discipl. t. 1. lib. 3. cap.* 30.
(2) *Mabillon. annal. Benedict. t. 1. lib.* 13.

Bertulfo Abate Bobiense nella vita, che di esso Bertulfo scrisse, narrando, che vessato il santo Abate dal vescovo di Tortona ricorse al Pontefice Onorio, il quale gli concedè privilegj della Sede Apostolica, cosicchè nessun vescovo nel predetto monastero per qualsivoglia diritto si sforzasse di dominare (1), ed appresso Ferdinando Ughelli può vedersi il privilegio conferito da Onorio al riferito monastero, dal qual diploma apparisce, che fu quello immediatamente sottoposto alla sola autorità, e giurisdizione della Sede apostolica, e fatto esente dall'autorità di qualsivoglia vescovo » (2).

ARTICULUS IV.

Romani Pontifices non immerito regularibus nonnulla privilegia impertiti fuere.

Rationes quae impulerunt Pontifices ad communiendos regulares varia privilegia indulgendo adversus episcoporum jurisdictionem recenset doctissimus Constantinus Roncaglia: quibusdam autem enumeratis ita scribit: » Si veritatem dissimulare nolimus, fatendum sane est » Romanos Pontifices quampluribus privilegiis regulares » fovisse, ne prorsus remuneratione carerent tot labores, » quos pro Ecclesia Dei subiere. Compertum est Deum » in Ecclesia regularium ordines suscitasse, ut illos veluti » suos milites haereticis opponeret, vitiisque irruentibus » objiceret. Illos etiam veluti fidei satores omnis aetas » inspexit: ob haec ergo incommoda quae regulares non

(1) *Auctor vitae s. Bertulfi abbatis Bobiens. apud Mabillon. act.* 55. *Bened. t.* 2.

(2) *Ughell. Italia sacra. tom.* 4. *col.* 955. *edit. Ven. an.* 1719. *Bianchi dell'esterior polizia della Chiesa lib.* 2. *cap.* 2. § 5. *tom.* 4. *pag.* 363. *et seq.*

» otio torpescentes, nec pravis moribus irretiti, sed omnium virtutum exemplis mundo illucescentes subiere, » Romani Pontifices pluribus privilegiis decorârunt, et » sua sub immediata tutela tutos quiescere voluere » (1).

§. I. *Suavis hac de re a Cardinali Pallavicino refellitur.*

Quod autem regulares summi Pontificis auctoritatem propugnaverint, non solam causam fuisse cur Rom. Pontifices iisdem privilegia indulserint, contra Suavem a Pallavicino sic ostenditur: « Disasconde ancora il Soave come » un occultato arcano la ragione, per la quale in Roma » si volesse proteggere i regolari; cioè perchè essi da molti » secoli addietro nelle congregazioni di Clugni e di Cistercio, e poscia negli ordini mendicanti aveano sostenuta l'autorità Pontificia. Questo merito è vero; e sic» come i regolari se ne gloriano per opera d'inestimabil » pro al mantenimento della religione; così non dissimulano i Pontefici di rendere in ricompensa di essa fra » l'altre i loro lavori: il che appare dall' espresso tenore » d'innumerabili Bolle e verso gli ordini interi, ornati » di privilegj, e verso molti loro particolari figliuoli, onorati d'adorazione. Non però agli ordini regolari ha ottenute le grazie della sedia apostolica questo sol merito, » al quale il Soave lo attribuisce: quasi non dovute alle » bontà delle operazioni, ma rendutegli per interesse del » premiatore. Veggasi da quattrocent' anni in giù, se i » regolari, che sono stati finalmente una piccola porzioncella comparati a tutta la moltitudine dei cristiani, » hanno dati a dieci per un degli altri e i teologi più autorevoli e i santi più gloriosi della Chiesa: veggasi an-

(1) *Constantinus Roncaglia in hist. Natalis Alexandri t.* 13. *vid. Politi jurispr. Eccl. univers. t.* 8. *p.* 197.

» cora più indietro chi risuscitò le scienze, sepolte in-
» nanzi dalla barbarie in tempo di Carlo Magno. Quali
» inchiostri hanno confutate l'eresie, quali abbattute le
» regnanti dottrine degli Arabi, che con l'armi d'Aristo-
» tile rimesso da loro nel trono della filosofia facevano
» guerra fierissima a Gesù Cristo. Veggasi chi ne' paesi
» ove tiranneggia l'empietà, ha seminata, e nudrita la fede
» co' sudori, e col sangue. Men ristretto lodatore dei re-
» golari sarebbe stato il Soave quando gli fosse piaciuto
» di conformarsi col suo maestro, da cui ha egli succiato
» il latte de' suoi discorsi nelle materie civili: io dico
» Nicolò Macchiavelli, il quale poteva trarre il Soave a
» riconoscer in essi qualche altro merito segnalato verso
» la fede cristiana. Osserva quello scrittore, che facendo
» mestiere ad ogni repubblica, o religione per conservarsi,
» l'avere di tempo in tempo uomini che la riducano ver-
» so il suo principio; in sì fatto modo negli ultimi secoli,
» per altro assai rilassati, s'era sostenuta la religione cri-
» stiana per l'edificazione delle novelle famiglie di s.
» Domenico, e di s. Francesco; le quali con la virtù, e
» con l'imitazione della vita di Gesù Cristo ravvivarono
» la fede, quasi smorzata nelle menti degli uomini; ed
» acquistarono sì gran credito nelle prediche e nelle con-
» fessioni, che la mantennero salda non ostante gli scan-
» dalosi esempi i quali a quei secoli più dissoluti si ve-
» devano in molti grandi ecclesiastici. Cotanto è più equo
» verso i regolari un laico maestro d'empia politica, che
» un sacerdote professore di religiosa disciplina; ma la
» disparità fu, che l'uno era solo inriverente sprezzatore
» d'ogni religione, l'altro sopra ciò appassionato nemico
» della cattolica » (1).

(1) *Pallavicin. lib. 7. hist. Conc. Trid. cap. 5.*

CAPUT XXVII.

De Romani Pontificis jure casus sibi reservandi.

Verum est (verba sunt clarissimi Pontas) summum Pontificem in tota Ecclesia quorundam criminum absolutionem posse sibi reservare (1). Pontasio consonat cardinalis Gerdil ita scribens: « Quanto alle riserve, » credo non esservi cattolico cui non sia per bastare » il decreto del Concilio di Trento, in cui dichiara » aver potuto i sommi Pontefici riservare certi casi al » loro giudizio, in virtù della suprema podestà ad essi » conferita nella Chiesa universale. I dottori della Fran- » cia, teologi e canonisti suppongono ed affermano questo » diritto delle riserve qual principio certo che neppur » cade in questione. Ludovico Habert (2): *De fide est* » *summum Pontificem, et episcopos posse sibi reservare* » *casus, a quibus inferiores sacerdotes absolvere nequeunt,* » *etiam in foro conscientiae nisi potestate ab illis dele-* » *gata. Episcopi absolvere possunt a peccatis summo Pon-* » *tifici reservatis subditos, qui prae infirmitate, aut alio* » *impedimento ad Sedem apostolicam recurrere nequeunt.* » Con che riconosce non avere i vescovi, fuor di quei » casi la podestà di assolvere i loro sudditi da' peccati ri- » servati al Papa (3). »

(1) *Pontas diction. cas. reserv. n.* 9.
(2) *Habert. de Poenit. c.* 7.
(3) *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate p.* 2. *sez.* 3. *tom.* 12. *edit. Rom. pag.* 153. *et seq.*

ARTICULUS I.

Ut R. Pontifices delicta sibi reservarent necesse non erat ut Episcoporum suffragatio praecederet.

Quod utilitas (verba sunt Gerdilii), quae ad graviora crimina comprimenda oritur ex eo, quod ea Romanae Sedi pro obtinenda absolutione reserventur, occasionem aliquando praebuerit ejus explicandae potestatis, qua in reservationum causa pollet Romana Sedes, id vero ab aliis etiam dictum comperio: quod autem ad hanc explicandam potestatem praecedere debuerit episcoporum suffragatio, adeo ut in reservandis delictis Pontifices delata potius, quam nativa auctoritate usi sint, id prorsus alienum foret a Tridentinorum Patrum sanctione, qui hanc potestatem non aliunde repetunt, quam ex suprema auctoritate qua Pontifices pollent in Ecclesia. Tridentinae sententiae plane consentiunt collationes Andegavenses dum notant, tametsi minus antiquus foret harum reservationum usus, non minus certum futurum de illis sanciendis, jus Romanorum Pontificum, quod nimirum illorum primatus, et auctoritas paris sit cum Ecclesia antiquitatis, et divina institutione nitatur (1).

Clarissimum Zacharia audire etiam praestat hac de re ita scribentem: « Non si niega che prima dell'undecimo » secolo non abbiamo monumenti di siffatte riserve, e » quelle stesse riserve, che dall'undecimo secolo procedendo s'incontrano, fatte sieno di consentimento dei » vescovi, i quali anzi mandavano eglino stessi a Roma » i penitenti, acciocchè d'alcuni più gravi delitti fossero

(1) *Gerdil animadversion. in commentar. a Febronio in suam retractation. edit. animadvers. in positionem* 24. *tom.* 13. *edit. Rom. p.* 296.

» dal R. Pontefice assoluti (1). Ma in primo luogo non
» si pensasse che questa disciplina s'introducesse per adu-
» lazione de' vescovi alla Corte Romana, o in grazia delle
» false decretali, come forse vuole additare Febronio (2). »

« Abbiamo verso l'anno 412 un chiaro esempio di ri-
» serva di un caso fatto da un metropolitano al vescovo
» di Alessandria Teofilo. Però se sino da quegli antichis-
» simi tempi agli altri Patriarchi si riservavano i casi
» da' vescovi senza falsi monumenti, che aggrandissero la
» podestà de' medesimi Patriarchi, quale sconcio che i
» vescovi occidentali al Romano Pontefice loro Patriarca
» volessero alcuni casi riservati? O donde attribuiremo
» noi ciò alle false decretali, piuttosto che alla convene-
» volezza che di certi casi al R. Pontefice si riserbasse
» l'assoluzione? Il che se vale riguardo al Papa come Pa-
» triarca d'Occidente, quanto più aver dee forza consi-
» derandolo come primate di tutta la Chiesa? In luogo
» secondo spogliandosi i vescovi di un'autorità che loro
» apparteneva, o almeno acconsentendo di rimanerne
» privi, non credevan già d'accordare al Papa una pode-
» stà che non avesse, ma piuttosto la confessavano, e solo
» con tanto impegno vi aderivano, perchè esser questo
» vedeano il vero vantaggio della Chiesa universale, e
» un qualche riparo all'inondante licenza. »

« Il consenso de' vescovi non era poi reputato sì ne-
» cessario, che senza esso non potesse il Papa riservarsi
» il giudizio, e la sentenza di questo caso (3). »

Suffragatur etiam clarissimus Ballerinius, cujus haec sunt verba: Num quorundam episcoporum observantia,

(1) *Vid. Thomassin. de benefic. t. 1. lib. 2. cap. 13. Mansi animadvers. in Thom. t. 3. edit. Luc. 1728. p. 635.*

(2) *Cap. 7. § 6.*

(3) *Zaccaria Anti-Febronio p. 2. lib. 5. cap. 1. n 3.*

qua initio particulares casus apostolicae Sedi detulerunt, probare potest consensum omnium, qui de tali potestate abs se abdicanda ne cogitarunt quidem? Num qui initio detulerunt eos casus ad eamdem Sedem, potestatem, quae isti non competeret, eidem quasi juri suo renunciantes tribuisse dicendi sunt? Num s. Petrus qui omnia solvere et ligare poterat ex institutione ipsius Christi, non potuisset in illis casibus absolvere, nisi hanc potestatem sibi episcopi concessissent? Num minor est Romanorum Pontificum auctoritas, in quos idem Petri primatus, ac jurisdictio transivit (1)?

Ceterum nonne ipsum Tridentinum Concilium, ut inquit Zacharia, totum reservandi jus non in delationem episcoporum, sed in supremam potestatem sibi (summo Pontifici) in Ecclesia universa traditam, diserte retulit (2)?

ARTICULUS II.

Respondetur Febronio.

Asserit Febronius coepisse deinde episcopos, nonnullos gravium criminum reos vel pro reconciliatione, vel pro poenitentia imponenda ad Sedem apostolicam mittere, qua peracta ab episcopo absolvebantur.

Verum non nego, inquit auctor operis cui titulus, Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas, non nego multos ab episcopis ultro ad Sedem apostolicam missos fuisse, qui domi poterant absolvi, sed hoc ipsum confirmat talem reservatio-

(1) *Ballerinius de potest. Eccl. p. 187.*
(2) *Zacharia Anti-Febron. vindicat. dissert. 7. cap. 4. p. 234.*

nem non injuste nec fraudulenter introductam fuisse, quando ipsi episcopi sua praxi testabantur talem disciplinam salubrem fore. Attamen illud probatione adhuc indiget, quod ex Van-Espen mutuavit Febronius, nempe quod rei ab episcopis ad Sedem apostolicam solum missi sint, « *ut vel a Pontifice reconciliarentur, vel ut a Pontifice poenitentia imponeretur, qua demum peracta ab episcopo absolvebantur* ; » cum tamen exempla quae profert nullibi testatum faciant reos demum ab episcopo absolutos fuisse, sed potius quod a Pontifice absolvi deberent (1).

CAPUT XXVIII.

De Papae potestate ferendi censuras.

Potestas et jurisdictio excommunicandi in Papa ex verbis et institutione Christi demonstratur, quemadmodum animadvertit auctor operis cui titulus, Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas: haec quippe ad potestatem clavium pertinet; claves autem cum plenitudine Petro datae sunt. Certe quia apostolis data est potestas ligandi et solvendi, et haec potestas ad successores episcopos manavit, ideo hi habent potestatem jurisdictionaliter excommunicandi subditos diaecesanos; igitur dum Petro soli dictum fuit: « *tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque solveris super terram erit solutum, et quodcumque ligaveris etc.*; atque per ista verba ei primatus universalis, ad successores transiturus collatus est, an inde non potestatem univer-

(1) *Auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas t. 4. nota ad* § 6. *cap.* 7. *p.* 289., 297 *et seq.*

salem accepit, omnibus et singulis fidelibus ubique commorantibus aperiendi portas caeli, vel pro rei necessitate claudendi, solvendi, vel ligandi etc.? ea quippe verba non minus jurisdictionem important quam illa ad apostolos dicta (1).

Ceterum constat, ut quidam auctor animadvertit, Ecclesias etiam in remotiori orbis parte sitas a Romano Pontifice fuisse sua communione privatas, et eas a reliquis Ecclesiis ut separatas fuisse dijudicatas, etiam ante decretales Isidorianas; ergo tale factum non ex abusu primatus pontificii, sed ex intrinseco jure, quo Romana Sedes insignita est, debet deduci. Romana Sedes, ipso Febronio teste, est centrum unitatis, quo omnes aliae orbis Ecclesiae convenire debent tanquam lineae ad centrum. Ecclesiae hinc rejectae et expulsae, jure rejiciebantur; ergo ex jurisdictione universali, quam Pontifices super omnes alias Ecclesias habebant, id factum fuisse, certo certius dicendum est (2).

Et sane exigit natura centri et unionis, inquit auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, exigit natura centri et unionis, ut quicumque cum hoc non conspirant, ejiciantur, ne unitatem et ordinem perturbent. Siquidem si omnes Ecclesiae particulares ad hoc centrum respicere debebant, ut unitatem et paritatem in fide et doctrina teneant, debuit in hoc centro vis inexistere, qua expulsis discolis et perturbatoribus hanc unitatem conservet. Hinc est quod multi ab aliis episcopis vel Ecclesiis commu-

(1) *Auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas t. 1. nota ad* § 4. *cap.* 3. *p.* 491.

(2) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium t. 1. epist. 7. resp. 1. p* 99.

nione privati tam sollicite communionem cum Romana Ecclesia quaerebant; non enim credebantur a toto corpore Ecclesiae abscissi, nisi etiam a Romanae Ecclesiae communione amoverentur (1).

ARTICULUS I.

Plura Pontificiarum censurarum exempla praebent Concilia.

Eximia excommunicationis Papalis (verba sunt Pozzoli), nobis largitur exempla oecumenicum secundum Concilium, ubi centumquinquaginta Patres abdicationem haereticorum orientalium, a Damaso Papa exposcunt, exploratam auctoritatem agnoscentes, abdicandi orientales haereticos.

Celeberrimum in tertio generali Concilio apparet censurae Papalis exemplum. Scribit Caelestinus epistolam ad populum, et clerum Cp. et ibi Nestorium declarat haereticum, et Nestorio ipsi scribit: « noveris te ab universalis » Ecclesiae communione ejectum esse. » Estne hoc se a Nestorio separare, an illum prorsus abscindere ab universalis Ecclesiae communione?

Validior est excommunicatio Dioscori secundae Sedis Patriarchae, quam Papae legati promulgarunt, et cui totum subscripsit Concilium.

Etiam regionalia Concilia excommunicant nomine Papae non solum in Occidente collecta, sed in Oriente ipso. Ita Synodus alexandrina sub Cyrillo (2).

(1) *Auctor operis cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas t.* 1. *nota ad* § 4. *cap.* 3. *p.* 491.

(2) *Pozzolus de jurisdictione Papae in Eccles. lib.* 3. *par.* 3. *cap.* 1.

ARTICULUS II.

Summi Pontifices a nemine unquam reprehensi, eo quod ab ipsis Censurae in Oriente adhibitae fuerint.

Innumeri sunt Romani Pontifices, a nullo unquam reprehensi (prosequitur laudatus auctor), eo quod censuras in Oriente adhibuerint, imo laudibus omnium cumulati, veluti Julius ab Athanasio, veluti Damasus a quarto, et sexto Concilio, et a Theodoreto eximie extollitur, et fidei adamas conclamatur, et Romanae urbis decus, et omni virtute florentissimus, cum orientales haereticos abscindit, veluti Caelestinus a tertia synodo novus Paulus acclamatur, veluti Leo Ecclesiae custos a quarta synodo exclamatur, cum Eutychem, cum Dioscorum recidit, veluti Agapetus cum Anthimum ab universa Ecclesia expellit, alter in Simonem Petrus, et a Deo missus praedicatur, et tot sunt Innocentii, Zosimi, Bonifacii, ut justum volumen implerent (1).

ARTICULUS III.

Romanus Pontifex dum fert excommunicationem veram jurisdictionem exercet.

Verum est, inquit auctor operis, cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos, et canonistas, verum est episcopos saepe se a communione alterius episcopi, vel Ecclesiae occasione alicujus criminis, vel haeresis sejunxisse, negando solam communionem, quod quivis episcopus facere poterat, quamvis defectu jurisdictionis in alienum episcopum, vel Ecclesiam proprie excommunicare non poterat; at falsissimum est, quod Ro-

(1) *Pozzolus cit. loc.*

mana Ecclesia etiam hac ratione solum, nempe abstinendo a communione, vel nuntium mittendo alicujus communioni ordinarie excommunicaret, sed ejus excommunicatio proprie talis, et verae jurisdictionis erat, qua Rom. Pontifices se non tantum ab alicujus communione sejungebant, sed eum proprie etiam a toto corpore et unitate Ecclesiae abscindebant... Sic Felix III. Acacium Patriarcham Constantinopolitanum non solum a sua, sed a tota fidelium communione removit... Historia Ecclesiastica talibus excommunicationum exemplis abundat, quibus Rom. Pontifices haereticos, vel alios etiam Episcopos ab Ecclesia proscripsere, et ipsi effectus inde secuti manifeste probant, eas non simplicem negationem communionis, sed veram sententiam proscriptionis a toto corpore Ecclesiae comprehendisse, quia excommunicatus a Romano Pontifice mox ubique pro excommunicato habebatur, et aliae Ecclesiae ab ejus communione recesserunt. Hoc autem absque jurisdictione fieri non poterat (1).

Consonat auctor operis cui titulus: De l' autorité des deux puissances, qui ita scribit: « Il ne suffisoit pas de » prouver que les Papes se sont quelquefois bornés à un » simple refus de communion, il falloit prouver encore » que les excommunications qu' ils avoient décernées, » n' avoient jamais eu d' autre effet. Mais comment le » prouver? Eh quoi! Lorsque S. Damase frappoit d'ana» thême les évêques Ursace et Valens, fauteurs de l'aria» nisme (2); lorsque Simplicien citoit à son concile Acace » de Constantinople, qu' il lui reprochoit de n' avoir pas » voulu répondre devant le saint-siége suivant les canons, » qu'il lui déclaroit que par la présente sentence, il étoit

(1) *Auctor oper. cui tit. Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas nota ad* § 4. *cap.* 3. *p.* 487. *et seq.*
(2) *Labbé Concil. tom* 2. *col.* 886.

» privé de l'honneur du sacerdoce, et de la communion » catholique, étant condamné par l'autorité du Saint-» Ésprit et l'autorité apostolique, sans pouvoir jamais être » absous de cet anathême (1); ces Papes n'éxerçoient-ils » pas alors une véritable jurisdiction? L'anathême pro-» noncé, et la privation de la communion catholique, » n'opéroient-ils pas une véritable séparation d'avec le » corps de l'église catholique (2)? »

ARTICULUS IV.

Discrimen quod intercedit inter Episcopi jus, ac Papae auctoritatem excommunicandi.

Clarissimus Zacharia de discrimine disserens quod intercedit inter episcoporum jus, ac Romani Pontificis potestatem excommunicandi, ita rectissime loquitur: « conviene nell' antica disciplina esser nulla versato per ignorare la differenza che tra le scomuniche de' particolari vescovi, e questa del Papa correva. 1. La scomunica dei vescovi particolari contro altri vescovi non era in virtù della podestà delle chiavi, ma in virtù del generale precetto di evitar l'occasione del danno spirituale; ma la scomunica de' Papi era in virtù delle chiavi. 2. Le scambievoli scomuniche de' vescovi altro non erano che un sottrarsi vicendevolmente la comunione. Era ben altro la scomunica di cui parliamo del Romano Pontefice. Tanto era venire da lui scomunicato che l'esser diviso dal corpo di tutta la Chiesa. Però quando Papa Vittore pensava di scomunicare per la celebrazione della Pasqua le Chiese asiatiche, S. Ireneo s'interpose, acciocchè non volesse per

(1) *Fleury hist. Eccl. tom. 7. l. 30. n. 16.*

(2) *Auctor operis cui tit. de l'autorité des deux Puissances. t. 2. chap. 2. § 1. art. 2.*

l'osservanza d' un' antica tradizione tagliarle dal corpo di tutta la Chiesa (1). »

« Non dimentichiamo un' altra importantissima differenza tra le vicendevoli scomuniche de' vescovi, e quelle del Papa. Se il Romano Pontefice positivamente separava alcuno dalla sua comunione, esser dovea siccome scomunicato avuto da tutta la Chiesa .... Ma non così era riguardo a' vescovi da un altro vescovo scomunicati: poteva ognuno, sinchè il Romano Pontefice non avesse la loro causa o esaminata egli stesso, o fatta in un Sinodo disaminare, dichiararsi per la lor comunione, anzi in somiglianti casi accadeva, che gli scomunicati scomunicassero coloro, che aveanli dalla loro comunione scacciati, e si procacciassero altri, i quali similmente dalla lor comunione li separassero (2). »

Suffragatur etiam doctissimus Maurus Capellari, nunc Summus Pontifex Gregorius XVI. ita scribens: « che il » vescovo abbia il diritto di scomunicare, non v' ha chi » ne dubiti tra' cattolici... Che poi scomunicar egli possa » ugualmente che il Papa per oggetto di costumi non » meno che di dottrina, e che i suoi anatemi siano di » uguale efficacia con quelli della Sede Apostolica, non » può sostenersi, se non da chi volesse tutta sovvertire » l' Ecclesiastica Gerarchia. Ecco l' essenzial differenza » fra gli uni e gli altri sì rapporto ai loro oggetti, che alla » autorità. Il vescovo scomunica per la reità di costumi, » cui possono tutti rendere testimonianza . . . Il Papa poi » scomunica eziandio per un errore di fede, dichiarando » eretico chi lo difende. Scomunica è vero per questo » motivo anche il vescovo, ma soltanto in un punto *pre-*

(1) *Euseb. lib.* 5. *hist. Eccl. cap.* 24.
(2) *Zaccaria Anti-Febronio dissert.* 3. *cap.* 2.

» *definito*, e condannato antecedentemente dalla Chiesa : » laddove il Papa scomunica per un articolo che definisce, e nell'atto istesso di fulminare l'anatema condanna » come eretico chiunque non aderisce alla definizione.

» La seconda differenza tra il vescovo, e il Papa è che » il primo non impone alcun obbligo agli altri vescovi, » mentre il secondo a tutti indistintamente i vescovi co» manda di osservare la sua scomunica (1). »

ARTICULUS V.

Febronii sententia quae statuit excommunicationem a S. Pontifice inflictam vim non habere nisi Ecclesiae consensus accesserit, refellitur.

Asserit Febronius Romani Pontificis excommunicationes robore carere nisi Ecclesiae consensus accedat. « Si » Romanus Pontifex sine legitima causa excommunica» tionem ferret, totaque Ecclesia, aut magna ejus pars » judicaret, eam decerni non debuisse, tunc excommuni» catus ab illo, pro schismatico habendus minime esset, » dummodo animum retineret servandae cum eodem » Pontifice tanquam primate unitatis. Censurae Romanae » si non probentur ab Ecclesia, nullae sunt. »

At nihil a veritate, inquit Zacharia, et vetustissimorum ab ipsis apostolis temporum consuetudine alienius fingi poterat. Etenim quum ea unitatis a Christo in Ecclesia sua praestitutae sit lex, ut Romana Ecclesia (quod Bonifacius I. ajebat) Ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum sit membrorum, a qua se quisque abscindit, fit christianae religionis extorris, quum in eadem non coeperit esse compage, et quicumque cum Romano Pon-

(1) *Maurus Capellari trionfo della s. Sede capo 25. n. 17. et seq.*

tifice non colligit, spargat; fieri non potest, ut quis ab Ecclesia Romana abscindatur, nec tamen fiat christianae religionis extorris. Qnis autem non videat, id omnino futurum, si Romanae censnrae (quibus qui alligaretur utique a Romana Ecclesia abscinderetur, nec cum Romano Pontifice colligeret) non ante vim haberent, quam ab Ecclesia probarentur?

Peto etiam quid Ecclesiae nomine intelligat? Si coetum omnium fidelium, quae erunt excommunicationes, quibus sua aliquando sit efficacitas? Si episcopos, quaero iterum, dispersos ne an in concilium coactos? Si dispersos dixerit, meminerit se in primo operis sui volumine, Ecclesiae dispersae tribunal non omnino certum et ultimum a quo appellari non possit, statuere; atque ut indubitatum ultimumque velimus, non ejusmodi profecto erit, ut eorum qui se excommunicatos aegre ferant, querelis, cavillationibus, effugiis minime pateat. Sin autem in concilium coactos, quoties ergo erit aliquis excommunicatione plectendus, celebrandum erit generale quoddam Concilium, quod de summi Pontificis sententia judicium ferat. Quis haec absurda esse et ad disciplinam penitus subvertendam spectare non intelligat?

Insuper in Febronii sententia vel excommunicatio a Pontifice lata, quam ab Ecclesiae corpore non probari contingeret, irrita ab initio praesumenda est, antequam de Ecclesiae consensu constaret, vel non. « Qui primum velit, inqnit Ballerinius (1), is fateri debet omnem excommunicationem etiam justam manere suspensam, atque tamdiu vim non habere, quamdiu ab Ecclesiae corpore recepta, et probata non sit; si enim ante probationem

(1) *Ballerinius de vi ac ratione primat.*

Ecclesiae valeat, et excommunicatum ab Ecclesiae corpore actu praecidat, nihil est cur ad vim ejus adprobatio requiratur. Id autem praeterquamquod ad eludendas excommunicationes etiam justissimas, ipsis quoque haereticis facile aditum aperit, ab Ecclesiae mente et praxi quam sit alienum, perfacile agnoscitur; excommunicationes enim statim ac latae sunt, ab Ecclesiae corpore excommunicatum sepa rare, semper judicatum fuit a catholicis; ut ne Ecclesiae consensus sit expectandus. »

Quod si rata ab initio fuit apostolicae sedis sententia, num si quae Ecclesiae ipsam postea non probarent, ex rata irritam redderent? Fieri quidem posset, ut aliquae Ecclesiae excommunicatos a Sede apostolica in communionem reciperent, quod tamen antiquissimis etiam canonibus ut quinto Nicaeno adversaretur... At ex hac ab aliis concessa communione, non idcirco hujus sedis auferretur sententia, nec ipsius communio invito Pontifice excommunicatis restitueretur.

Quid enim si ab Ecclesiae adprobatione censuras vim mutuari contendas, magis ridiculum, et a Victoris, ab Innocentii primi, a Leonis Magni gravitate alienius, quam quod ille Asianos prorsus a communione secludendos edixerit (1)? Alter omnes qui regulas ab eo editas violassent a communione fidelium abstinendos monuerit (2)? Leo similiter denunciavit, quod si quis fratrum contra haec constituta venire tentaverit, et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostrae futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinae (3)? Nam qui hasce intentatas minas

(1) *Euseb. hist. lib.* 5. *c.* 24.
(2) *Ep.* 6.
(3) *Ep.* 4.

legissent, reponere nihil territi potuissent: ita sane, si episcopis placuerit nos veluti legitime excommunicatos habere (1).

§ I. *Testimonium hac de re Auctoris operis cui titulus: De l'autorité des deux Puissances.*

Idipsum quoque auctor operis cui titulus: De l'autorité des deux puissances, luculentissime confirmat. En ejusdem verba: « S. Celestin après avoir proscrit l'hérésie de » Nestorius, commet S. Cyrille pour exécuter son décret. » Il lui mande: si Nestorius, dans l'intervalle de dix jours, » ne condamne pas sa mauvaise doctrine; que vôtre sain- » teté pourvoie à son église, et qu'il sache lui-même » qu'il est séparé en toute manière de nôtre corps (2). » Voilà donc une séparation *en toute manière* du corps de » l'église... Le Pape avoit-il ordonné d'attendre que les » autres évêques eussent adhéré à son jugement, avant de » signifier la sentence d'excommunication? Bien loin de » recevoir sa validité de l'adhésion des autres évêques, le » décret n'obligeoit-il pas au contraire les autres évêques » à se soumettre au jugement du souverain Pontife, et à » se séparer de Nestorius? Et ne rendit-il pas en effet » coupables de schisme, ceux qui refusèrent d'obéir (3)? »

(1) *Zacharia Anti-Febron. vindicat. par.* 3. *dissert.* 6. *cap.* 5.

(2) *Febr. de stat. Eccl. tom.* 1. c. 5. § 4.

(3) *Auctor oper. cui tit. de l'autorité des deux Puissances t.* 2. *chap.* 2. § 1. *art.* 2.

§ II. *Idipsum egregio Mauri Capellari testimonio evincitur.*

Sed hac de re praetermittenda non sunt verba sapientissimi Mauri Capellari, nunc S. Pontificis Gregorii XVI. quem Deus O. M. diu nobis servet incolumem. « Ha il » Pontefice in forza del suo primato, il diritto di scomu- » nicare per ragion di dottrina, o non lo ha? . . . Se non » lo ha; dunque usurpatori i Pontefici anche della più » rimota antichità, perchè lo esercitarono; vile la Chiesa, » che non si oppose a questa usurpazione, e ciechi li Pa- » dri, che nei Papi riconobbero un tale diritto. Se poi » lo ha: dunque io conchiudo, non può non essere asso- » luta, e indipendente da ogni posteriore consenso la sco- » munica da esso vibrata, eziandio per oggetto di dottri- » na. Imperciocchè sarebbe questo diritto come tutti gli » altri della primazia, attivo, efficace, operoso, ed avrebbe » il Pontefice il potere originario di farne sentire la sua » forza coll' esercitarlo, ma efficace ed attivo allora sol- » tanto può dirsi un diritto, che realmente consegue colla » sua applicazione l'effetto a cui va ordinato; e l'effetto a » cui si ordina la scomunica, è il separare dalla comunion » della Chiesa; dunque esercitandosi questo diritto, quello » contro di cui si esercita, escluso rimarrà dall' ecclesia- » stica communione: ma avendo il Papa originario ed in- » trinseco il potere di far sentire la forza de' suoi prima- » ziali diritti, divengono ancor essi per conseguenza ori- » ginalmente, ed intrinsecamente efficaci . . . Dunque in- » trinseca sarà l'efficacia delle Pontificie scomuniche; » dunque assoluta e indipendente; poichè intrinsecamente » efficace si appella, ed è soltanto quella causa che *per sè* » produce l' effetto. Il pretendere adunque necessario il » positivo consenso della Chiesa per la loro validità , ed

» efficacia, siccome questo è estrinseco alle medesime, » così sarebbe, o un negare alla primazia l'autorità di ful- » minarle, o un supporre inattivi, e inefficaci i suoi di- » ritti, o un cangiare finalmente la natura della scomu- » nica, non potendo tale chiamarsi quella, cui non cor- » risponde un effetto reale (1). »

CAPUT XXIX.

De Romani Pontificis potestates Indulgentias concedendi.

Summus Pontifex tanquam Christi vicarius, et visibile caput Ecclesiae plenarias indulgentias concedere valet (2); Nam Clemens VI. haec habet: *Unigenitus Dei filius . . . thesaurum militanti Ecclesiae acquisivit ... quem per beatum Petrum coeli clavigerum, ejusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum; et propriis, et rationalibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debitae tam generaliter, quam specialiter (prout cum Deo expe-*

(1) *Maurus Capellari nunc Summus Pontifex Gregorius XVI. trionfo della s. Sede capo 25. n. 10.*

(2) *Pax Jordan. lib. 5. tit. 16. n. 18. Barbosa de potest. episc. allegat. 88. n. 5. Pichler lib. 5. decret. tit. 38. de poenitentiis et remissionibus. Maschat. eod. tit. n. 6. Joseph Seraphim ab Immaculata Conceptione inst. jur. canon. par. 2. tit. 8. de remission. et Indulgent. Schmier jurisprud. canonic. civil. lib. 5. tract. 1. cap. 3. n. 277. vid. Saporiti archiep. Genuen. t. 2. notificazione 5. n. 18. vid. Carolum Gagliardum inst. jur. can. lib. 1. tit. 12. n. 14. Devoti instit. canonic. lib. 2. tit. 3. § 2. Mercanti compendio di diritto canonico t. 2. tit. 4. sez. 6. § 36. vide Begnudellum biblioth. jur. canon. v. Indulgentia vid. Benedictum XIV. epist. Encycl. de praeparat. ad an. universal. Jubilaei incip. apostolica § 13. et 14.*

dire cognoscerent) vere poenitentibus et confessis misericorditer applicandum (1).

Consonat D. Thomas, cujus haec sunt verba : « Potestas faciendi indulgentias plene residet in Papa . . . sed » in episcopis est taxata secundum ordinationem Pa- » pae (2). »

Suffragatur etiam doctissimus cardinalis Gerdil ita scribens : « Martino V. negli articoli, che nel concilio di » Costanza promulgò da doversi professare da ogni catto- » lico , dice 1. che il Papa può concedere indulgenze a » tutti li cristiani; 2. che i vescovi possono altresì conce- » dere indulgenze a' loro sudditi, ma secondo la limita- » zione de' sacri canoni, limitazione non apposta, ove si » parla della potestà del Papa. La dottrina di Eybel nel- » l'uguagliare in tutto e per tutto la podestà de' vescovi » a quella del Papa nella concessione delle indulgenze è » manifestamente contraria agli articoli di Martino V.

» La Chiesa radunata nel gran concilio generale Late- » ranense IV. ben chiaro palesò il suo senso in tal pro- » posito. Il concilio ristringe a certi giorni, e limita nei » vescovi la facoltà di concedere le indulgenze, non così » rispetto al Papa, in cui riconosce la pienezza della po- » testà (3). »

(1) *Extravag. Unigenitus 2. inter communes de poenitent. et remission.*

(2) *D. Thomas q. 26. art. 3. supplem. apud Gerdil t. 12. edit. Rom. p.* 120.

(3) *Gerdil confut. di due libelli contro il breve super soliditate p. 2. t. 12. edit. Rom. p. 119. et seq.*

De Papae potestate circa Jubilaei concessionem vid. Theodorum a Spiritu Sancto tract. historic. theologic. de Jubilaeo cap. 1. § 4. n. 3. p. 13.

CAPUT XXX.

De Papae potestate circa servorum Dei beatificationem et beatorum canonizationem.

ARTICULUS I.

Vetus circa Beatificationem et Canonizationem disciplina.

Concludi posse videtur (verba sunt Benedicti XIV) episcopos jure suo in suis diaecesibus cultum publicum aliquando decrevisse, et potuisse decernere erga martyres vindicatos, et confessores approbatos; quae a nonnullis particularis dicitur canonizatio, sed ab aliis melius beatificatio appellatur; cum episcopale praeceptum terminos suae diaecesis praetergredi non posset, eaque natura et indoles beatificationis ut plurimum sit, ut cultus in ea permissus, intra aliquam tantum diaecesim, aut provinciam sit definitus, et sicuti adnotavit Gonzalez (1), « Canonizatio nunquam licuit episcopis; beatificatio vero » primis Ecclesiae saeculis ab illis fiebat. » Inferri quoque posse videtur cultum ab uno episcopo in sua diaecesi statutum, accedente aliorum episcoporum, et sic universalis Ecclesiae approbatione, una cum assensu expresso vel tacito summi Pontificis ad canonizationis terminos pervenisse. Qua in re summi Pontificis auctoritatem, aut tacitam, aut expressam intercessisse putant Gonzalez (2), Garzias (3), Gravina (4), Dominicus a SS. Trinitate (5).

(1) *Gonzalez in cap. audivimus n. 7. de Reliq. et vener. SS. t.* 3.
(2) *Gonzalez in cap. audivimus n. 7. de Reliq. et vener. SS.*
(3) *Garzias de canonizatione* § 5.
(4) *Gravina de Catholic. praescript. t. 4. q. 5. de canonizat. SS.*
(5) *Dominicus a SS. Trinitate t. 3. de Eccles. milit. in biblioth. max.*

Perstitit episcopalis jurisdictio beatificandi jure proprio, et sine subjectione summi Pontificis auctoritati, ut ait Benedictus XIV, usque ad tempora Alexandri III. summi Pontificis (1).

ARTICULUS II.

Jus soli Romano Pontifici reservatum beatificationis, et canonizationis honores indulgendi.

Hodie ita pertinet ad summum Pontificem Dei servos in beatorum et sanctorum numerum referre, ut id interdictum sit Patriarchis, primatibus, metropolitanis, archiepiscopis et episcopis (2); et quemadmodum docet Benedictus XIV. Dei servos in beatorum aut sanctorum catalogum referre non pertinet ad sacrum collegium cardinalium, licet Sedes apostolica vacet (3).

Et sane cum Arnulphus episcopus Lexoviensis Alexandro III. summo Pontifici scripsisset, monasterium quoddam Gristanum scandalis undique esse replctum, et inter cetera

Pontif. t. 10. Benedictus XIV. de Serv. Dei beatific. et beator. canonizat. lib. 1. cap. 6. n. 9. Romae 1747. pag. 48. et seq.

(1) *Benedictus XIV. de Serv. Dei beatific. et beator. canonizat. lib. 1. cap. 10. n. 7. p. 81.*

(2) *Contelor. de canonizat. SS. cap. 4. Matta de canonizat. SS. par. 4. cap. 4. n. 3. et 4. Castelan. de canonizat. SS. quaest. 3. Malvet. de canonizat. SS. dub. 2. n. 1. et seq. Mauchler de Monarchia Ecclesiae 2. part. lib. 4. cap. 7. Barbosa in cap. 1. n. 6. de Reliq. et venerat. SS. Dartis de benefic. sect. 1. cap. 3. pag. 12. Benedictus XIV. de Serv. Dei beatific. et beator. canonizat. lib. 1. cap. XI. n. 2.*

(3) *Contelor. de canonizat. SS. cap. 6. n. 1. et seq. Matta de canonizat. SS part. 4. cap. 4. Ceparius in suod irector. MS. canonizat. SS. part 1. cap. 2. n. 16. Schiara in suo Romano Pontifice propugn. art. 26. SS. 3. n. 35. Benedictus XIV. de Serv. Dei beatific. et beat. canonizat. lib. 1. cap. XI. n. 3.*

quemdam ejus procuratorem loco abbatis absentis substitutum, ebrium a duobus aliis monachis fuisse interemptum, et taliter occisum a loci habitatoribus cultum martyris obtinuisse; edita fuit a praedicto Pontifice epistola illa quae fuit inserta decretalibus (1): « Audivimus quod » quidam inter vos diabolica fraude decepti, hominem » quemdam in potatione et ebrietate occisum, quasi San- » ctum venerantur. Hominem ergo illum de cetero co- » lere non praesumatis, cum etiamsi per eum miracula » plurima fierent, non liceret vobis pro Sancto, absque » auctoritate Romanae Ecclesiae, eum publice vene- » rari (2). »

Solus Papa, inquit Glossa (3), habet non solum certos de Sanctis prae aliis extollere, sed etiam eos canonizare multiplici ratione: primò quia ista est una de majoribus causis, quae inter christianos proponi possit, et sic est ad Sedem apostolicam referenda; secundo quia miracula attribuuntur fidei; haec igitur quaestio cum sit de fide, praecipue est ad Sedem apostolicam referenda; tertio quia ad Papam spectat declarare dubia scripturarum, multo fortius dubia sanctitatis, quia circa majora majus periculum vertitur; quarto ne propter multorum episcoporum simplicitatem populum decipi contingat; quinto ne in infinitum contingat sanctos multiplicari, et sic devotionem refrigescere, et sanctitatem vilescere. Et hasce rationes sequuti sunt Ostiensis (4), Fagnanus (5), Gonzalez (6),

(1) *Ad tit. 45. de Reliq. et venerat. SS.*

(2) *Benedictus XIV. de Serv. Dei beatific. et beator. canonizat. lib. 1. cap. 10. n. 3.*

(3) *Glossa in cap. Gloriosus de Reliq. et venerat. SS. in 6.*

(4) *Ostiensis in cap. audivimus n. 10.*

(5) *Fagnanus n. 22. et num. 27.*

(6) *Gonzalez num. 9. vers. accedit.*

Contelor. (1), Pirhing (2), Dominicus a Sanctissima Trinitate (3), Gravina (4).

ARTICULUS III.

Papae potestas canonizationes extra Concilium Generale peragendi.

Certum esse videtur, ut animadvertit Benedictus XIV., plures canonizationes illis iisdem temporibus quibus nonnullae in Conciliis generalibus factae sunt, extra Concilium peractas fuisse, et eosdem Pontifices, qui Concilii generalis meminerunt pro faciendis canonizationibus, sanctorum canonizationes extra Concilia fecisse; ita ut de summi Pontificis potestate peragendi canonizationes extra Concilium generale nulla videatur rationabilis adesse dubitatio, et eo magis si ad antiquissima tempora respiciamus, quibus beatificationes factae ab episcopis sive martyrum, sive confessorum, vim obtinebant canonizationis vel per expressam summi Pontificis approbationem, vel per universalem extra Concilium Ecclesiae consensum, in quo tacita summi Pontificis approbatio continebatur (5).

(1) *Contelor. de canonizat. SS. cap.* 4.

(2) *Pirhing. ad lib.* 3. *decretal. tit. de Reliq. et venerat. SS.* § 1.

(3) *Dominicus a SS. Trinitate de Sum. Pontif. Rom. cap.* 18. *in biblioth. max. Pontif. tom.* 10. *pag.* 492.

(4) *Gravina de Catholicis praescription.* 2. *part. tom.* 4. *p.* 316. *vid. Benedictum XIV. de Serv. Dei beatific. et beator. canonizat. lib.* 1. *cap. XI. n.* 7. *et seq. vid. etiam Bellarminum de SS. beatit. lib.* 1. *cap.* 8.

(5) *Benedictus XIV. de serv. Dei beatificat. et beator. canonizat. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 1. *Romae* 1747. *pag.* 78.

ARTICULUS IV.

An per praedictam Alexandri III. decretalem jus novum sedi Apostolicae reservatum fuerit privative quoad caeteros, statuendi an huic vel illi Dei servo cultus praestandus sit nec ne?

De hac Alexandri III. decretali loquendo, inquit Benedictus XIV., magna est inter scribentes disputatio, an per illam inductum fuerit jus novum Sedi apostolicae reservans, privative quoad primates, et episcopos, et ceteros omnes, jus statuendi, utrum huic aut illi servo Dei cultus praestari debeat, nec ne; ablata ceteris omnibus facultate, quam habebant, in suis provinciis et diaecesibus indulgendi Dei servis beatificationis honores; seu potius, an jus hoc privativum fuerit ante praedictam decretalem introductum, perinde ac si eadem latam praesupponat aliam legem, aut antiquiorem introductam consuetudinem, quae apostolicae Sedis jus illud privativum reservaverit.

Censent nonnulli jus novum fuisse a dicta decretali statutum. Ita cardinalis Bellarminus (1), Joannes Mabillonius et Lucas D'Acherì (2), et sequuntur Pagi (3), Gravina (4), Saussajus (5). Alii contra in ea sunt opinione quod nullum jus novum fuerit introductum per decretalem citatam. Ita docent Gonzalez (6), Auctor tractatus canonizationis ss. ad cardinalem Montis Regalis (7).

(1) *Bellarminus lib.* 1. *de SS. beatit. cap.* 8. *n.* 2.

(2) *Joannes Mabillonius et Lucas d'Acheri in praefat. saec.* 5. *bened.* § 6. *n.* 105.

(3) *Pagi in breviario Roman. Pontif. in vit. Alexandri III.*

(4) *Gravina in continuat.* 2. *part. Catholic. praescript. t.* 4.

(5) *Saussajus in apologet. theolog. de SS. cultu* § 9.

(6) *Gonzalez in cap. audivimus n.* 6. *de Reliq. et venerat. SS.*

(7) *Auctor tractatus canonizationis SS. ad cardinalem Montis Regalis* 2. *part. cap.* 1.

Verum quidquid sit de hac controversia, certum esse videtur, inquit Benedictus XIV., nunquam episcopos potuisse veras peragere canonizationes: praecipere etenim, ut aliquis tamquam sanctus publico cultu colatur in universa Ecclesia, nec potest, nec potuit unquam ad eum pertinere, qui limitatam obtinet jurisdictionem in una diaecesi aut provincia, sed ad eum tantummodo qui jus obtinet in universa Ecclesia (1).

ARTICULUS V.

Respondetur adversariis asserentibus antiquitus sanctorum canonizationes a populo et clero fieri consuevisse licentia episcopi regionis ubi qui in sanctorum album referri debet, diem supremum obierat; alicujus vitam ac mores melius quam a clero, episcopo, et populo loci sciri non posse, ac processum improbantibus cui hujusmodi mortui obnoxii esse debent.

Quid vero de iis dicam qui sanctorum canonizationes Romae factas, ac processum cui hujusmodi mortui obnoxii redduntur, improbant? Audiatur clariss. Noghera « ita scribens: Ci si oppone, che siasi trasferita a Ro» ma tal canonizzazione, che anticamente solevasi fare » dal popolo e dal clero, colla licenza del vescovo del » paese dov' era morto, chi elevar si voleva a' pubblici » sacri onori. Dicesi che niuno può meglio sapere la vita » di alcuno, che il clero, il vescovo, ed il popolo del » luogo, dov'egli visse. Indi si critica il processo, a cui » abbiano ad esser sottoposti i morti pel posto, che debbano » essi occupare nell'eternità... Vero è generalmente che » la vita di ciascheduno non può meglio sapersi, che » dal vescovo, e dal clero, e dal popolo del paese, che » lo ha tuttodì sotto l'occhio, e che ne ode le parole, e

(1) *Benedictus XIV. de Servor. Dei beatificat. et beator. canonizat. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 4., 5. *et* 6. *Romae* 1747. *pag.* 80. *et seq.*

» che tutta ne osserva la condotta; e però non mai pure » di legge ordinaria s'intavola di veruno il processo, se » di là non ne vengono a Roma le più sottili informa- » zioni, e le testimonianze più autentiche, e le più fer- » vide istanze. Ma non si riflette egli, che nel paese na- » scono altresì non di rado pro e contro le più storte e » calde prevenzioni? Miglior consiglio fia dunque pigliare » bensì dalle persone del paese le più esatte notizie, ma » lasciarne il giudizio a persone estranee non prevenute » a favore, nè a disfavore. »

« Nè qui io veggo tampoco la difficoltà di fare a' morti » il processo. Non fanno essi talvolta il processo a' morti, » nonchè a' vivi assenti anco i tribunali civili? Qual ma- » raviglia dunque, che siano dopo morte processati co- » loro, che stimansi degni de' sacri altari? Anzi di que- » sta dignità non si può portare giudizio retto, se non » dopo la morte, quando cioè già sian finite le guerre, » terminati i perigli, assicurata la corona della giustizia. » E come assicurar di tale giudicio la rettitudine, se non » si premette il processo? E processo io dico il più rigo- » roso, quale si ricerca alla difficoltà insieme, e alla gran- » dezza della cosa, per accertarne la verità. Il Papa giu- » dica soltanto, che tali e tali siansi colle azioni loro » elevati a virtù straordinaria o sia eroica, per cui a loro » competa gloria straordinaria in cielo, ed anco straor- » dinaria onoranza in terra. Nè ciò pure egli giudica sulle » sole azioni, ben sapendo, quanto oscuro e dubbio ne » sia il loro complesso, nonchè l'interno principio, mani- » festo solo a Dio scrutatore de' cuori; e però richieggonsi » ancora i più certi miracolosi segni divini; sicchè Iddio » stesso sia della canonizzazione il primo autore (1). »

(1) *Noghera t. 15. p. 128. et seq.*

ARTICULUS VI.

Summus Pontifex in canonizatione divina minime sibi usurpat.

Adversus hanc potestatem canonizandi nonnulli debacchantur haeretici. Wiclephus primus fuit, inquit Benedictus XIV., qui adversus catholicam Ecclesiam, et ejus caput visibile, tanquam divina sibi in canonizatione usurpantes, vocem extollere ausus est, cujus vestigiis ingressus est Kemnicius (1). Calvinus (2), non modo Pontificem, at Ecclesiam, sed sanctos ipsos furore abreptus ferali impetit voce, et Petrus Molinaeus canonizationis materiam in jocos et cachinnos solvit. Addi possunt alii impii, irreligiosi, et damnatissimae notae haeretici supradictis suffragantes, Lutherus videlicet, Magdeburgenses (3), Lambertus Danaeus, Mornaeus, Marcus Antonius de Dominis. Non defuerunt tamen ex nostris, qui diabolicas illas criminationes invictis prostraverint argumentis (4).

Ac oppositio quidem modo relata, quod Romanus Pontifex canonizando sibi usurpet divina, cessat, statim ac sedulo ponderatur, nos etiam agnoscere, essentiale beatorum gaudium, quod habent de divinitate, augeri non posse, sed solum accidentale, quod habent de quocumque bono creato, et de omnibus, quae in Dei honorem fiunt, et maxime de illis, in quibus de eorum gloria Deo gratias agimus, juxta doctrinam s. Thomae (5). Romanos

(1) 3. *Part. examinis Concil. Trid.*
(2) *Lib.* 3. *instit. cap.* 20.
(3) *Cent.* 4. *cap.* 15.
(4) *Vid. Gravinam in continuatione* 2. *part. Catholicarum praescriptionum.*
(5) *S. Thomas in* 4. *sent. dist.* 12. *q.* 2. *art.* 2.

item Pontifices in canonizatione sibi nullatenus asserere gaudii essentialis augmentum .. uno verbo, in canonizatione summos Pontifices nihil aliud agere dicimus, quam declarare hos et illos Dei servos virtutibus, insigni morte, eximiisque miraculis praefulgentes, et sic in caelo triumphantes esse in Ecclesia colendos; quod quidem judicium si ab illis fieret sine praeviis diligentiis, clamarent haeretici, et merito, male agi, nec tanquam sanctos esse Ecclesiae proponendos, quos certis argumentis sanctos esse non constet. Sed cum ad haec avertenda debitum, et rigorosum praecedat examen, et hinc occasionem arripiant clamandi Papam sibi assumere in canonizatione divinam potestatem, nemo est, qui eorum dicta reprehendere non debeat et exsecrari, uti bene argumentatur Saussajus (1).

ARTICULUS VII.

Marci Antonii de Dominis hac de re calumnia refellitur.

Exsecrabilis apostata Marcus Antonius de Dominis (2) ait: « Eos Papae canonizant, quos ambitio Romana, quos » avaritia deificandos suadet. Quantam vim pecuniae » canonizatio requirat, novit Curia Romana, ita ut jam » nisi magni Principes aut amplae civitates sumptus pro- » moveant. »

Verum praetermittimus, inquit Benedictus XIV., beatificationum et canonizationum difficultatem nequaquam petendam esse, aut peti ab expensarum magnitudine, sed utique a longo et rigido examine, quo causae pertractan-

(1) *Benedictus XIV. de Servor. Dei beatific. et beator. canonizat. lib. 1. cap. 12. n. 7. et seq. Romae 1747. pag. 97.*
(2) *De repub. Ecclesiastica lib. 7. cap. 5.*

tur, uti testari poterunt quotquot hujusmodi negotiorum expeditioni tanquam postulatores in Romana Curia vacarunt... Postea stricte dicimus, necessarias profecto esse in pertractandis, atque ad exitum perducendis beatificationum et canonizationum causis expensas; sed Romanos Pontifices earum moderationi studuisse, atque adeo non esse easdem ita amplas, ut solum Principes, ac magnae civitates eas explere valeant; sicuti Marcus Antonius de Dominis temere effutivit, quare et nonnullas tanquam superfluas jam fuisse eliminatas (1).

« Quis est, scribit auctor incognitus (2), quis est qui » ignorare possit, quod commissarii accedentes ad locum » ubi sancti vixerunt, vel in quo miracula facta sunt, ut » sumant informationes, multitudo testium examinando» rum, multitudo scripturarum imprimendarum, honora» ria solvenda negotiorum gestoribus, congregationis offi» cialibus, magni festi celebratio, necessario immensas » quodammodo requirunt expensas, ex quibus nullum » Camera apostolica percipit emolumentum, et quorum » magna pars fit extra urbem? »

CONCLUSIO

Omnem jam de Romano Pontifice pertractationem mihi concludere fas sit cum auctore operis de l'autorité des deux puissances, ita scribente: « Laissons parler la » religion elle-même dans le coeur de l'illustre Pontife » qui la gouverne. Placé sur la montagne sainte, comme » la sentinelle d'Israel, témoin des fléaux qui affligent

(1) *Benedictus XIV. de Servor. Dei beatific. et beator. canonizat. lib. 1. cap. 46. n. 3. et seq. Romae 1747. pag. 457. et seq.*

(2) *Auctor incognitus in discursu dogmatico de SS. canonizat. Paris. impresso an. 1739. pag. 65. vid. Benedictum XIV. cit loc. n. 9.*

» son peuple, mieux instruit que nous de leurs besoins,
» et encore plus affligé de leurs maux, après avoir levé
» les mains au ciel, il descendra dans la maison du Sei-
» gneur pour confirmer ses frères dans la foi: nous le ver-
» rons, soutenu par le courage qu'inspirent l'autorité de
» l'apostolat, la force de la vérité et la supériorité de la
» vertu, s'armer contre le mensonge, le démasquer, l'hu-
» milier, le terrasser. Dirigé par la sagesse et la charité
» qui le caractérisent, il s'empressera de ramener au ber-
» çail, par le ministère des hommes apostoliques, les bre-
» bis qui se sont égarées, il soutiendra les foibles, dé-
» fendra les opprimés, consolera les affligés, excitera le
» zèle de ses coopérateurs; il fera respecter l'épiscopat
» dans leur personne; il les attachera encore plus au
» saint-siége par l'amour paternel, que par les devoirs de
» l'obéissance. Nous le verrons encourager les talens, les
» mettre en oeuvre pour l'intérêt de l'Eglise, les réunir
» tous, comme dans une force centrale, pour porter par-
» tout dans le monde chrétien, des secours prompts et
» efficaces, qui dissipent l'erreur et qui rétablissent la di-
» scipline. Nous le verrons opposer un mur d'airain aux
» ennemis de l'Eglise, prier, exhortér, solliciter, repren-
» dre, corriger avec patience, avec bonté, avec force;
» agir partout avec la puissance et l'esprit de J. C. com-
» mander enfin aux flots et faire cesser l'orage » (1).

Quapropter ut Rev.mi Minucci verbis utar: « Se da
» Sionne ov'egli fu prescelto a vegliare sulla santa città,
» sortirà la legge, e la parola del Signore da Gerusalem-
» me (2), docili prestar gli dobbiamo il tributo della no-

(1) *Auctor operis cui tit. de l'autorité des deux Puissances t. second chap. 2. § 5. p. 574.*
(2) *Is. 2., 2.*

» stra obbedienza. Se con la voce di supremo pastore dai » velenosi pascoli d'Idumea ritraendoci, e dalle cisterne » dissipate e fangose ci guiderà alle feraci colline di » Galaad, e alle salubri acque di Siloe, nella sua, la voce » seguir dobbiamo dell'eterno pastore. Indirizziamo i no- » stri fervidi voti all' Altissimo perchè la mistica nave, » al cui governo presiede un così esperto Piloto, dispieghi » con propizia aura le vele, e con felice successo i pa- » cati flutti solcando, ritardo non trovi alla direzion del » suo corso. Perchè l'immacolata Sposa alla tenerezza af- » fidata di così saggio Custode veda ricondotti al suo seno » i traviati figli, e quasi vite feconda di nuovi tralci ve- » stita, compiacciasi della sua beata fecondità. Preghia- » mo l' eterna Sapienza che allo splendore di questa » Nube, che Dio innalzò sul suo Tabernacolo cammini » sicuro e tranquillo l'eletto popolo, e il tenebroso Egitto » in lei ravvisando la protezion d' Israello, salutarmente » arrossisca della sua ostinazione; che al tocco della pa- » storale sua verga acque salubri zampillino le dure selci, » e dall'unzione, e dalla soavità delle sue parole ammol- » liti si veggano i cuori più indocili, ... che un'iride di » pace sopra il suo capo distenda l'arco consolatore; che » brilli per lui sempre sereno il volto del divin Sole, e a » gloria della militante Gerusalemme, a salute e santi- » ficazione delle genti, a conforto de' docili, e ravvedi- » mento de' traviati figli la celeste misericordia per lunga » età lo preservi » (1).

Jam vero, beatissime Pater, « si quid minus perite aut parum caute posui, emendari cupio a vobis, qui Petri Cathedram retinetis » ut olim in epistola ad Damasum

(1) *Vid. Ep. Pastoral. dici 7. febr. an* 1831.

Papam, Hieronymus. « Quae dixi absque praejudicio sane dicta sint sanius sapientis: Romanae Ecclesiae auctoritati, atque examini universa reservo, ipsius si quid aliter sapio, paratus judicio emendare (1). » Haec sunt vota mea, haec desideria apostolicis semper obtemperare mandatis.

(1) *Bernard. epist.* 94.

APPENDIX

QUAE COMPLECTITUR

FEBRONIANAM RETRACTATIONEM

ET

GERDILII ANIMADVERSIONEM

IN COMMENTARIUM A FEBRONIO

IN SUAM RETRACTATIONEM EDITUM

RETRACTATIO FEBRONII

BEATISSIME PATER

Si quid mihi in longaeva, et ad exitum declinante vita evenit triste, et acerbum (evenerunt autem haud pauca); illud omnium maximum, et intima viscerum penetrans est, quod per Reverendissimum et Serenissimum Dominum Archiepiscopum meum, pastorem vigilantissimum, ad me pervenit, Sanctitatem vestram indigne ferre plura, quae in libris Justini Febronii, seu quovis alio adscititio nomine a me vulgatis, aut forte etiam mihi suppositis continentur, utpote summae Sedi injuriosa, nec non supremis ejus juribus detrahentia, proin sanctae nostrae religioni (sane praeter, et contra meam intentionem) noxia.

Cum autem nihil majus, et viro bono dignius sit quam agnitum errorem confiteri, et praeteritam culpam melioribus factis redimere; sic inprimis agnosco et defleo errorem, ex zelo indiscreto protestantes catholicae Ecclesiae, et apostolicae Sedi reuniendi, huncque in finem etiam usus, et praxes particularium Ecclesiarum, easque persaepe ultra modum exaggeratas, omnibus Ecclesiis applicandi studio natum; neque enm, quoad vixero, deflere desinam. Dein deliberatum mihi constitutumque est, postquam culpam confessus, et veniam gratiamque a paterna Sanctitatis vestrae clementia snpplex deprecatus fuero, sicuti jura et decorem summae Sedis pro viribus tueri, ita et ejusdem sanctae Sedis judicium libris et luminibus meis praeferre, nullumque meae erga eamdem submissio-

ni ponere terminum. Eripuit mihi auctoritas Sanctitatis vestrae (in qua auctoritatem Jesu Christi recognosco) errorem. Itaque praesentes, eosque genuinos animi mei sensus de statu Ecclesiae, et summis Sedis s. Petri apostolorum principis, juribus, ad successoris ejus Pedes omni cum submissione depono, tanquam in qua vivere, et mori cupio. Sunt autem ii sequentes.

Inprimis profiteor et agnosco cum *Tournelio*; Claves Ecclesiae, et uni Petro, et unitati simul a Christo concessas esse, ita ut unum aliud non excludat. Oportebat quippe meminisse cum *Tertulliano*, in Scorpiaco *cap.* 10., *eas Dominum Petro, et per eum Ecclesiae reliquisse*; et cum *Optato*, de Schism. Donatist. *lib. VII. n.* 3., *Petrum Claves Regni Coelorum communicandas ceteris solum accepisse*; ut enim de Petro ait *s. Leo*, Serm. III. *in Anniv.*, *si quid* (Christus) *cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit:* Scilicet Claves datae sunt uni Petro, quatenus ille primatum et regiminis potestatem accepit a Domino, idemque personam totius Ecclesiae, seu Supremus ejusdem post Christum, et sub Christo rector ac moderator, gerebat. Datae quoque sunt unitati, id est in bonum unitatis, et Petro praecipue, ut dictum est, et aliis etiam apostolis, eorumque successoribus episcopis, quibus docendi, ac regendi ministerium et potestas, seclusa plebe, commissa sunt in verbis: *Sicut me misit vivens Pater, et ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata etc. Euntes docete omnes gentes etc. Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei:* Attamen cum dependentia a Petro, et cum subordinatione ad ipsum, qui eas, ut superius ait *s. Optatus*, communicandas ceteris solus accepit. Explodendus proinde error, haustus ex protestantium fontibus, Ecclesiam collegium esse, non societatem, ut catholici sentiunt, in qua baptizati fideles ex institutione Christi sub legitimorum pastorum, ac praecipue summi Pontificis, regimine degunt; cujus regiminis

potestas, a Christo constituta, veram subjectionis, et obedientiae obligationem multitudini, seu universitati imponit.

Profiteor Dei Filium, dum suam Ecclesiam fundare, eamque esse unam vellet, formandae ac regendae huic unitati primatum in illa instituisse; hunccque s. Petro commisisse. Firmiter assero cum SS. Patribus *Cypriano*, *Hieronymo*, *Optato Milevitano*, *Gregorio Nazianzeno*, *Joanne Chrysostomo*, *Ambrosio*, *Leone M.*, *Gregorio M.*, et aliis, propterea inter duodecim apostolos unum electum esse, ut capite constituto, super quo Ecclesia fundata est, Schismatis tollatur occasio: Ideo Christum, cum suis apostolis potestatem largiretur, ab uno, cui primatum tribuit, coepisse, ut unam Ecclesiam, et unitatem Cathedrae, simulque unitatis originem demonstraret: Schismaticum esse, qui, ut ait *Optatus*, contra singularem Cathedram aliam collocat, vel ab ejus communione per obedientiae negationem recedit: Non habere Petri haereditatem, qui Petri Sedem impia divisione discerpit; siquidem ubi est Petrus, ibi est Ecclesia: Petrum Ecclesiae fundamenta (apostolos, sibi ut capiti subordinatos) in fidem suam recepisse; eidem Petro, in quo primatus excellenti gratia praeeminet, ipsorum etiam apostolorum curam a Christo esse commissam: Ipsum esse os: et principem apostolici coetus.

Assero hunc primatum (qui non ordinis, inspectionis ac directionis tantum est, sed et verae auctoritatis ac jurisdictionis) quia non minus, quam unitas ipsa, pro cujus conservatione ac regimine institutus est, perpetuus esse debebat, in Petri successores romanos Pontifices, sedemque apostolicam, hujus unitatis centrum et radicem, jure divino transiisse, ut nulla ratione transferri a Romano ad aliam Sedem valeat: Ad hanc Ecclesiam *propter potiorem principalitatem* (id est, propter supereminentem ejus dignitatem atque auctoritatem) uti ait *s. Irenaeus*, *necesse esse omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique, fideles:* Eam esse caput Ecclesiarum, *a qua*, ut inquit *Bonifacius Papa I.*, *quisquis se abscindit, fit a*

christiana religione extorris. Huic accedunt Patres Concilii Constantinopolitani IV. *Sequentes,* ut ajunt, *in omnibus apostolicam Sedem, et observantes omnia ejus constituta, speramus, ut in una communione, quam Sedes apostolica praedicat, esse mereamur, in qua est vera et integra christianae religionis soliditas: promittentes etiam, sequestratos a communione Ecclesiae catholicae, id est, non consentientes Sedi apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria.*

In horum sequelam cum Patribus *Concilii oecumenici Florentini* agnosco, Romano Pontifici in B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse. Sicut autem pascendi, et regendi potestas sine conveniente auctoritate, jurisdictione, ac coactione (ad quam etiam, velut gravissima spiritualis poena, pertinet excommunicatio, quoad fructum et suffragia generalia separans) subsistere non potest; sic talem a Christo ipso promanantem in Romano Pontifice, tanquam universalis Ecclesiae capite, principe, ac magistro residere affirmo.

Profiteor quoque Romanum Pontificem esse summum judicem controversiarum in rebus fidei et morum; ac in omni ejusmodi controversia exorta, hinc inde dissentientibus animis, tum maxime audiendam vocem *Hieronymi*, scribentis ad Damasum: *Ego beatitudini tuae, id est, Cathedrae Petri communione consocior: Super illam Petram aedificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc Domum Agnum comederit, profanus est .... Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum; quicumque tecum non colligit, spargit.* Et: *Adhuc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat .... Ego interim clamito: Si quis Cathedrae Petri jungitur, meus est.*

Addo speciatim adversus errorem tum veterum, tum recentiorum novatorum, qui spreta multitudine episcoporum, capiti suo Romano Pontifici expresse, vel tacite adhaerentium, Ecclesiam, ac veritatem in sua paucitate concludere non verentur, fieri non posse, ut a vero aber-

ret corpus episcoporum, qui capiti suo Romano Pontifici adhaerent: Sic haeresim Lutheri jam ante *Concilium Tridentinum* ab Ecclesia, praeeunte Pontifice, per ejus oraculum ultimato et irrevocabiliter damnatam fuisse; quandoquidem Ecclesia capiti unita, sive per orbem universum dispersa, sive congregata in Conciliis generalibus (in quibus episcopi jure proprio ac judiciaria potestate sibi ex institutione Christi cohaerente una cum summo Pontifice definiunt) in dictis causis definiendis errare non possit, nec ab ea Cathedra discedere, ad quam, teste *Cypriano*, perfidia non valet accedere; et in qua, manente dispositione veritatis, B. Petrus in accepta fortitudine Petrae perseverans Ecclesiae gubernacula non relinquit, ac per successores suos sedere, ac loqui non desinit.

Agnosco pariter datam Ecclesiae a Christo auctoritatem judicandi de sensu, seu doctrina propositionum, librorum et auctorum, ac fideles compellendi ad subscribendum suae sententiae; hos proinde teneri eidem acquiescere interna mentis et judicii adhaesione, non solum religioso, ut vocant, silentio; atque hujusmodi judicium nullatenus errori esse obnoxium. Constitutioni *Unigenitus* ut dogmatico sanctae Sedis Romanae et universalis Ecclesiae decreto, omnimodam ab omnibus obedientiam deberi affirmo.

Dico cum *Avito Viennensi episcopo*, in rebus, quae ad Ecclesiae statum pertinent, si quid dubitationis fuerit exortum, ad romanae Ecclesiae maximum sacerdotem, quasi ad caput nostrum, esse referendum.

Circa decretales Romanorum Pontificum epistolas, profiteor cum *SS. Gelasio et Leone*, eas venerabiliter suscipiendas esse, et sancte custodiri debere.

Affirmo Romano Pontifici jure divino competere jus indicendi, dirigendi et confirmandi universalia Concilia, quae per ejus concursum plenam sortiuntur firmitatem, et infallibilitatem, independenter a quacumque alia acceptatione.

Concilium Tridentinum non tantum in causis fidei, sed

etiam disciplinae liberum fuisse profiteor, non obstante, quod pro illorum temporum et rerum circumstantiis in eadem sacrosancta Synodo non potuerint omnia de quorundam etiam proborum virorum voto ac desiderio reformari. Causas criminales episcoporum per Concilium *Tridentinum, sess. XXIV. cap.* 5., summo Pontifici, et apostolicae Sedi merito reservatas judico. Cumque eadem sacra Synodus, *sess. XIV. cap.* 1., declaravit Pontifices maximos, *pro suprema potestate sibi in universa Ecclesia tradita*, causas aliquas criminum graviores merito potuisse suo peculiari judicio reservare; non arbitror licere apertam hanc Synodi declarationem eludere, aut obliquis et coactis interpretationibus evertere, quasi haec potestas summo Pontifici non competeret proprio, ac originario, divinoque jure. Habet proinde idem Pontifex, et jure exercet in universa Ecclesia potestatem dispensandi ex legitima causa in lege per generale Concilium lata.

Primis jam tum Ecclesiae temporibus ii censebantur spurii, adulterinique episcopi, quorum Romanus Pontifex ordinationem, seu electionem absolute respueret, veluti *Ultrajectinorum Pseudo episcoporum*, aliorumque eidem communioni, atque causae adhaerentium. Quamvis autem antiquioribus temporibus confirmatio, et consecratio Neo-Electorum episcoporum ad provinciales Synodos, praecipue vero ad metropolitanum pertinuerit; attamen legitimis de causis haec disciplina per universum occidentem mutata fuit, neque pristinam hac in parte disciplinam reduci posse existimo, nisi de pleno atque libero summae Sedis assensu. Idem de translationibus, et depositionibus episcoporum, nec non de erectionibus novarum Sedium episcopalium servandum judico.

Canonizatio servorum Dei per Papam *Alexandrum III.* ad evitandos innumeros abusus, soli Romano Pontifici, seclusis episcopis Dioecesanis, merito reservata est. Quamquam et ab antiquioribus temporibus, ut habetur ex *Benedicto XIV., lib.* 1. *de Beatif. et canon. serv. Dei cap.* 10. *num.* 1. Beatificationes ipsae, quae fiebant ab episco-

pis, vim obtinebant canonizationis, vel per expressam summi Pontificis approbationem, vel per universalem, extra Concilium, Ecclesiae consensum, in quo tacita summi Pontificis approbatio continebatur.

Quamvis olim vix aliae causae, quam majores, ex provinciis ad Romanam curiam deferrentur; attamen hodie in reverentiam summae Sedis, ac pro suprema potestate eidem in universa Ecclesia divinitus tradita, legitimo communique usu invaluit, ut in quibusvis causis Ecclesiasticis ad summum Pontificem appelletur; ita ut ejusdem Sanctissimi auctoritate in suprema instantia judicetur, tum Romae per judices ordinarios ibidem constitutos, tum per delegatos in partibus, pro diversitate locorum, morum, et concordatorum.

Summi Pontifices *Pius II.*, *Julius II.*, et *Gregorius XIII.* omni jure damnarunt appellationes a Papa ad futurum Concilium, cujus damnationis causas suis constitutionibus explicant. Sane jam antea reprobatas comperimus *a Gelasio* appellationes a Sede apostolica: ***Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellare voluerint; ab illa autem nemo sit appellare permissus.***

Equidem primaevo Ecclesiae usu omnia beneficia ad episcopi, tanquam ordinarii loci, dispositionem, seu collationem pertinuisse videntur; attamen cum sanae rationis sit, ut summus et universalis Pontifex plurium in provinciis gratiarum dispensator existat, sic minime injustae, imo huic summi et universalis Pontificis qualitati consonae fuerunt beneficiorum reservationes, quae deinceps nationum concordatis firmatae, et respective moderatae sunt. Haec concordata, utpote vim pacti habentia, religiose omnino servanda sunt. Declararunt autem saepius Romani Pontifices, signanter *Gregorius XIII.*, longe a suo animo abesse concordatorum, nominatim Germaniae, infractionem.

Annatae ad sublevandas necessitates Romanae curiae, pro omnibus Ecclesiis excubantis, laborantis, et sumptus portantis, pro legitimis habendae; atque ut tales, eo sal-

tem usque retinendae sunt, donec alia aeque commoda ratione, apostolicae Sedis judicio, sustentationi, atque innumeris oneribus ejusdem curiae provisum fuerit.

Exemptio regularium (quorum magna in Ecclesia est utilitas), corumdemque immediata subjectio ad apostolicam Sedem, legitimis ex causis, in bonum non tantum religiosorum ordinum, sed etiam universalis Ecclesiae, videlicet ad faciliorem eorundem sub uno supremo capite gubernationem, introducta, et ab omnibus Ecclesiis agnita, nedum a seculari potestate, sed nec ab una particulari Synodo abrogari valet. Abusibus, ex hac exemptione nasci valentibus, per *Concilium Tridentinum* occursum, et provisum est.

Scio episcopos non ab Ecclesia, seu fidelium universitate, sed a Spiritu Sancto positos, ut commissos sibi greges intra suas solum dioeceses pascant et regant, cum debita ad Romanum Pontificem subordinatione. Quamvis autem illi primis Ecclesiae temporibus ampliorem, pro varietate disciplinae, in his quae jurisdictionis sunt, potestatem exercuerint; potuere tamen canones ejus usum intra strictiores terminos coercere, quos privata auctoritate extendere nefas foret.

In illis, quae ad fidem, Sacramenta, et ecclesiasticam disciplinam pertinent, potestas ecclesiastica pleno jure decernit, sine concursu potestatis civilis; ratione tamen mutuae protectionis, quam sibi invicem debent, ad hanc spectat, juxta mentem Ecclesiae, et quantum ipsa optat, ejus canones protegere, et exequendos curare per media temporalia.

Finaliter judico, curandum omni legitimo ac meliore modo, ut pax et concordia inter Ecclesiam, et rempublicam perpetuo retineatur; atque adeo, quoad fides et religionis jura patiuntur, vitandas esse occasiones offensionum, unde et dissidia oriri, et gravia mala in religionis detrimentum timeri possent.

Accipe, Sanctissime Pater, has assertiones, velut tesseram genuinae meae sententiae de divinis, atque eminen-

tioribus tuis, tuaeque Sedis juribus, tanquam monumentum revocationis omninm, quae adversum ea, et si quae fortasse alia verae doctrinae capita, seu universalis Ecclesiae jura (licet praeter intentionem) a me quavis via, aut modo dicta, scriptave fuere, vel scripta videri possent.

Si quid ultra est, quod circa fidei, seu doctrinae meae professionem ac declarationem, quam in omnibus Sanctae Romanae, atque apostolicae Ecclesiae conformem esse, cupio, jubes, aut postulas; habebis me semper candem germana sinceritate edendam obedientem ac promptum. Non negabis interim (sic humillime confido) veniam erranti, qui medias etiam inter deviationes nihilominus cum Patribus *Concilii Lateranensis* semper agnovit, et quoad vivet, agnoscet, Romanam Ecclesiam, disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtinere principatum, utpote Matrem universorum Christi fidelium; qui cum *Divo Bernardo* sine fraude et fuco profitetur. Esse alios aliis assignatos greges, singulis singulos; tibi universos, uni unum, non modo ovium, sed et pastorum, tanquam uni omnium pastori; qui cum *s. Hieronymo* non ignorans Romanam Ecclesiam supra Petram, qui Christus est, aedificatam, nihil magis desiderat, quam Cathedrae Petri (qui etiam *per Christum factus est Petra*, ut ait *S. Maximus Taurinensis*) perpetuo consociari. Suscipe me in hanc unionem; redde poenitenti filio paternum affectum; et in pignus hujus gratiae da jacenti ante Sacratos Pedes Tuos, eosque deosculanti, apostolicam benedictionem.

SANCTITATIS TUAE

Treviris 1 novembris an. MDCCLXXVIII.

Humillimo et Obedientissimo Filio

Joanni Nicolao ab Hentheim episcopo Myriophitano
Suffraganeo Trevirensi M. propria.

CARDINALIS GERDILII

ANIMADVERSIO

in commentarium a Febronio

in suam Retractationem editum.

Quibus pridem litteris praeclarae suae, bonisque omnibus probatissimae retractationis acta Miriophitanus episcopus cum spectatissimo clero, populoque Trevirensi communicavit, eisdem ingenue fassus est, libris iis, quos plures sub ficto Justini Febronii nomine paucos ante annos edidit, - novitatis cupidine inductum se in nonnullas assertiones incidisse, quae et apostolicae Sedis jura, et reverentiam supremis hujusce praesulibus debitam non parum laederent (1): « Agnovit, Febronianis istis assertionibus obstare quorumdam Patrum sententias, seu dicta, Conciliorum in disciplinaribus decreta; potissimum vero receptum a saeculis Ecclesiae usum, atque disciplinam, quibus contraire nemo praesumit, quin de religione periclitetur, et exitialium in Ecclesia turbarum auctor existat. » Tum confirmavit, libenti, promptoque animo Pontifici libros eos damnanti sese adjungere, sibique propositum esse, quod reliquum esset aetatis, quoad vires supeterent, in id auctore ipso Pontifice conferre ut genuina primae Sedis jura exponeret, « et pro viribus defenderet, non quidem palponum more, quos suis lucubrationibus eidem sanctae Sedi, quin et Ecclesiae ipsi plurimum nocuisse compertum est, sed solidis, verisque monumentis, quorum auctoritas in omnibus Ecclesiis agnoscitur. »

Itaque Febronius, ut promissa exsolvere videretur, se-

(1) *Verba haec sunt Miriophitani praesulis ea in epist. p.* 246. *minime tamen diffitemur.*

que suae retractactionis interpretem, ac vindicem praestaret, commentarium in eam scripsit, nullaque (nescio quo consilio) praevia superiorum censura, typis commisit. Pollicetur, se hoc in opere defensorem futurum nonnullarum primae Sedis praerogativarum, quarum impugnator extiterat: « intactis tamen juribus episcoporum, principum, et catholicarum nationum, quae optimi Pontifices semper immota esse sanctissime sanxerunt. »

Nihil porro ad hujus instituti sui rationem accommodatius fore censuit, quam si commentarii contextum ad ordinem, et ad ipsa etiam verba retractationis exigeret. Totam itaque retractationem in 38 positiones distribuit, singulisque positionibus peculiarem cuique suam explanationem appinxit, adeo ut expositiones extent velut capita totidem, seu argumenta explanationum, ex quibus integer commentarius conflatur. Extremo porro capite (pag. 240) iterum confirmat: hoc suo commentario, quem auctoribus summis in Ecclesia potestatibus a se susceptum, quemque illarum judicio sine retentione submittere se profitetur, sibi propositum fuisse mediam tenere viam, qua semoto omni partium studio, cuique, quod suum est, tribueretur duce veritate, et canone.

Neque hac tantum extrema sui libri parte obsequentem suum erga summas in Ecclesia potestates animum declaravit; sed expressius etiam, et clarius privatis manu sua litteris, quas ad summum Pontificem Pium VI. una cum suo commentario perferendas curavit, quibus testatur, nil se impensius cupere, quam ut id scriptum, in quod velut testamentum ultimam mentis suae sententiam quodammodo redegit, atque ad sanctissimi Patris pedes deponit, haud ei displiceat: Nihil se habere magis in votis, quam ut sua omnia sanctitati suae probentur; ob eamque rem, quandoquidem nemo sibi satis sapiat, ei quam maxima valet demissione supplicare, ut si quae forte in eo libello sunt, quae perspicacissimos ejus oculos, excelsumve animum offendant, illa non sinat ab ipso ignorari, ut in supplemento, quod libenter est adjecturus, quasi per co-

dicillos ea valeat emendare: interea id sibi solatio esse, quod, etsi ex hoc brevi commentariolo nullum Ecclesia fructum sit perceptura, istud saltem omnes intelligant, de quo non pauci dubitare praesumpserunt, aut affectarunt, solemnem illum retractationis actum, quem Sanctitas sua cum Cardinalium collegio communicavit suum esse non fictum, non extortum, sed liberum, quin imo deliberatum.

Et quidem nonnulla sunt, quae in hac nova mentis suae, ac sententiae declaratione Febronio gratulari non immerito possimus: Quod claves non jam Ecclesiae prout hac voce fidelium coetus intelligitur, sed apostolis, eorumque successoribus datas expresse agnoscat: His clavibus veram regiminis auctoritatem contineri triplici potestate constantem, legislatoria, judiciaria, et coercitiva: hanc potestatem apostolis a Christo sic traditam, ab eisdemque sic administratam, ut in ferendis legibus, ac decretis ad fidem, ad mores, ad disciplinam pertinentibus, in successorum suorum ordinationibus ac deputationibus, nimirum in iis, quos ad sacra munia idoneos judicarent, vocandis, legendis, et cooptandis; in coercendis contumacibus, censurisque infligendis nulli esset alteri potestati obnoxia: hanc ipsam potestatem eodem jure in apostolorum successores migrasse in aevum omne prorogandam: primatum non ordinis, inspectionis, ac directionis tantum esse, sed verae auctoritatis et jurisdictionis: hunc perpetuum esse: in Petri successores Romanos Pontifices jure divino transire: Romanum Pontificem supremum esse judicem controversiarum in rebus fidei ac morum, nec fieri posse, ut a vera fide aberret corpus episcoporum capiti suo Romano Pontifici adhaerens: Ecclesiam a Christo habere auctoritatem judicandi de sensu, seu doctrina propositionum, librorum et auctorum, nec non fideles cogendi ad subscribendum suae sententiae: Concilio Florentino oecumenici nomen deberi: Tridentinum porro etiam in rebus disciplinae liberum fuisse.

Haec ille recte ac laudabiliter; atque utinam optima

haec sentiendi ratio totius operis continuationis sic moderata esset, ut prima mediis, media extremis cohaererent, nec ea in commentarium irrepsisset foeda veri, falsique permixtio, quae ubicumque se prodit; totumque corpus, teste Augustino (lib. 2. quaest. evangelic. c. 40), velut quodam colore leprae inficit, ac maculat. Verum quod non inimice, non contumeliose, sed dolenter cogor dicere, non eam praesefert Febronius *germanam sinceritatem*, quam olim pollicitus fuerat: quin potius adscitis undique distinctionum, exceptionumve involucris in tot ambages se conjicit, ut diverticula de industria quaesiisse videatur, quibus elaberetur, dictamque sibi suis positionibus legem non tam tueretur, aut servaret, quam eluderet, seu verius oppugnaret.

Qua in re tamen unum occurrit, ac sese offert multa sane, attentissimaque consideratione dignum, quod positiones ipsae, quae explorata Ecclesiae, Pontificumve jura simpliciter, aperteque referunt, permultis in hac ipsa Febroniana lucubratione, locupletissimis sacrarum litterarum, Conciliorum, Patrumque testimoniis munitae cernuntur: exceptionibus vero, quas positionibus suis Febronius affingit, seu potius opponit, nulla sanctorum auctoritas, vox nulla suffragetur, sed aut propriis Febronii cogitatis, aut unius, alteriusve scriptoris nec aetatis admodum remotae suffragio nitantur: ut proinde, si suis in positionibus statuendis hanc ille sibi laudem merito tribuere potuit, se, quae scriberet, duce veritate et canone scripsisse, non idem de adjectis illis exceptionibus praedicare valeat, quae quantum recedunt a germana et obvia positionis cujusque vi, ac sententia, tantumdem ostendunt, illum a veritate et canone descivisse.....

Ex his non obscure intelligi potest contextum sic esse commentarium Febronianum, ut sanorum verborum forma, quam positiones plerumque praeseferunt, haud raro quoque per multiplices distinctionum, exceptionumve anfractus in alienum, adversumque sensum detorqueatur.

L' Editore intende godere del privilegio accordato da S. M. con Regie Patenti 28 febbrajo 1826, avendo adempiuto a quanto le medesime prescrivono.

INDEX

DISSERTATIO III.

DE JURIBUS ROMANO PONTIFICI COMPETENTIBUS

CAPUT I. *Romanorum Pontificum magnitudo ex commentis Isidorianis ortum suum minime ducit.* . . . . . pag. 5

ART. I. *Quo consilio Pseudo-Isidorus tot documenta confinxerit* . . . . . » 6

ART. II. *An a Pseudo-Isidoro vetus disciplina abolita, novaque introducta fuerit* . . . . » 9

§. I. *FF. Ballerin. Cardinalis Orsi, auctoris operis, cui tit. Italus ad Febronium et Bergier testimonia.* . . . . . . » ibid.

§. II. *Muzzarelli, Joannis Marchetti, Antonii Zacharia, aliorumque hac de re testimonia* » 14

CAPUT II. *De causarum majorum ad Sedem apostolicam relatione* . . . . . » 23

ART. I. *Ad Romanum Pontificem ob ejusdem primatum majores causas referendas esse constat* » ibid.

ART. II. *Romanae Sedis in dubiis sive doctrinae, sive disciplinae communis consultationum, majorumque causarum ad ipsam relationum exempla* » 23

ART. III. *Cum in antiquis Conciliis provincialibus suborti errores damnabantur, eorundem acta per epistolam Synodalem ad R. Pontificem fuisse transmissa ostenditur* . . . » 28

ART. IV. *Causarum majorum ad Romanam Sedem relatio novitas non est ab Isidoro Mercatore invecta* . . . . » 29

ART. V. *Quamvis in causis gravioribus ad alios episcopos ex libera voluntate quandoque relatum fuerit, nihilominus necessitas et debitum semper agnitum ut ad romanam referretur Sedem* » 30
ART. VI. *Refutatur Febronius* . . . . » 31
CAPUT III. *Romani Pontificis jus recipiendi appellationes ex omnibus Ecclesiae partibus ostenditur.* . . . . » 32
ART. I. *Plurimis appellationum exemplis praedictum Romani Pontificis jus luculentissime confirmatur* . . . . » 33
§ I. *Marcionis, Fortunati, Felicissimi, Basilidis Asturicensis episcopi, et Martialis emeritensis aliorumque appellationes.* . . . » ibid.
§ II. *Eustathii Sebasteni episcopi, Eutichetis, Caelestii, et Flaviani patriarchae Constantinopolitani appellationes* . . . . » 35
§ III. *Appellatio Chelidonii* . . . . » 36
§ IV. *Athanasii appellatio* . . . . » ibid.
§ V. *Joannis Chrisostomi, et Theodoreti appellationes* . . . . » 38
§ VI. *Appellatio Privati Lambesitani.* . . » 39
§ VII. *Petri Alexandrini episcopi, Sagittarii, Salonii, et Claudii Abbatis appellationes.* » 40
ART. II. *Solvitur Febronii objectum* . . . » 42
ART. III. *Respondetur Febronio Romanarum appellationum frequentiam ambitioso juri novarum decretalium tribuenti* . . . . . » 43
ART. IV. *Respondetur Claudio Fleury asserenti ab Isidori Mercatoris collectione, appellationes ad Papam in infinitum extensas fuisse* » 44
ART. V. *Jus Romanarum appellationum a Concilio Sardicensi non fuisse introductum, sed agnitum ostenditur* . . . . . . » 46
ART. VI. *Canonum Sardicensium sensus* . » 50
ART. VII. *Refellitur De-Marca asserens canonibus*

Sardicensibus tribui Papae jus tantum concedendi revisionem . . . . » 51
CAPUT IV. *Romani Pontificis potestas ferendi leges* . . . . » 53
ART. I. *Falsum est a veteris Ecclesiae institutis alienum esse ut s. Pontifex canones omnibus Ecclesiis edicat* . . . . » 57
ART. II. *Refutatur Febronius asserens leges a Papa condi posse quando Concilium coadunari nequeat* . . . . » 60
ART. III. *An requiratur Ecclesiae consensus et acceptatio ut Pontificiae leges vim obligandi habeant?* . . . . » 61
ART. IV. *Solvitur Febronii objectio* . . . » 64
ART. V. *Obedientia quae Romanae Sedis constitutionibus debetur* . . . . . . » 66
ART. VI. *De vi quam Pontificum epistolis decretalibus inesse antiquitas agnovit* . . . . » 68
ART. VII. *Responsio Febronio praebetur* . » 69
ART. VIII. *Quomodo se gerere debeant episcopi si quam forte Pontificiam Constitutionem de aliquo disciplinae capite pro suis diaecesibus minus opportunam esse censeant* . » 70
CAPUT V. *De Romani Pontificis circa dispensationes potestate* . . . . . » 72
ART. I. *Papae potestas concedendi dispensationes evincitur* . . . . » ibid.
ART. II. *Refellitur Bohemerus* . . . . » 78
ART. III. *Ob quosdam abusus qui interdum forsitan deteguntur Pontificis auctoritas concedendi dispensationes negari non potest* . » 79
ART. IV. *Refelluntur qui asserunt dispensationes a R. Pontificibus datas ad extraordinariam in Ecclesia providentiam pertinere* . . » 80
ART. V. *Causae ob quas Romani Pontifices plures dispensationes sibi solis vindicarent* . » ibid.
ART. VI. *Febronius ac Pereira asserentes episcopo-*

rum consensu opus fuisse ut Romani Pontifices ejusmodi dispensationes sibi reservarent, refutantur . . . . . . » 81
CAPUT VI. *De Papae circa matrimonia potestate* » 82
ART. I. *Papae potestas statuendi matrimonii impedimenta* . . . . » ibid.
ART. II. *Papae potestas dispensandi in impedimentis matrimonii* . . . . » 84
§ I. *An in primo affinitatis gradu lineae rectae pro contrahendis nuptiis Papa dispensare valeat* . . . . » 85
§ II. *An fas sit episcopis impedimenta matrimonium dirimentia relaxare* . . . . » 87
§ III. *Febronii objectum solvitur* . . . » 90
§ IV. *Matrimoniales dispensationes sacris canonibus minime adversantur* . . . . » 92
ART. III. *Num vinculum matrimonii rati justa intercedente causa, Pontificia dispensatione solvi possit* . . . . » 93
CAPUT VII. *De Papae potestate mittendi Legatos ac Nuncios* . . . . » 95
ART. I. *Jus apostolicae Sedis mittendi Nuncios extraordinarios* . . . . » ibid.
ART. II. *Jus mittendi Nuncios ordinarios ex jure primatus evincitur* . . . . . . » 96
§ I. *Constans Ecclesiae consuetudo ac disciplina idipsum evincit* . . . . . . » 97
§ II. *Jus mittendi Nuncios et Legatos Conciliorum auctoritate adstruitur* . . . » 99
§ III. *Jus stabilium Nunciaturarum, exemplis Imperatorum, et Imperii confirmatur* . » 100
§ IV. *Idem evincitur ex celebrioribus jureconsultis Protestantibus* . . . . . » 101
§ V. *Romani Pontificis jus mittendi legatos ex Isidori decretalibus minime ortum ducit* » 102
§ VI. *Claudius Fleury refutatur statuens Papae legatorum praesentiam Conciliis provinciali-*

bus, seculo undecimo novitatem fuisse quae introduci incipiebat . . . . pag. 102
§ VII. *Solvitur objectum ex eo depromptum quod extraneus episcopus juxta SS. canones se in aliarum Diaecesium negotia ingerere nequeat* » 106
CAPUT VIII. *De Romani Pontificis circa Concilia potestate* . . . . » 107
ART. I. *Papae jus indicendi Concilia Generalia* » ibid.
ART. II. *De R. Pontificis jure Conciliis generalibus praesidendi* . . . . . » 112
§ I. *Solvitur objectum ex eo depromptum quod Imperatores interdum dicti fuerint Conciliorum Praesides* . . . . . . » 114
ART. III. *De R. Pontificis jure confirmandi Concilia generalia* . . . . » ibid.
CAPUT IX. *De Papae potestate circa beneficiorum collationem* 118
ART. I. *Jus Rom. Pontificis sibi reservandi beneficia* » 120
ART. II. *Quonam tempore beneficiorum reservationes coeperint* . . . . » 124
ART. III. *Quibus rationibus SS. Pontifices ad reservationes faciendas moti sint* . . . » 126
ART. IV. *De praeventionis jure R. Pontifici competente* » ibid.
CAPUT X. *De Papae potestate erigendi episcopatus* » 128
ART. I. *Brevis historia potestatis Pontificiae in episcopatuum erectione a clarissimo Zacharia descripta* . . . . » 129
ART. II. *Thomassini et Roncaglia sententia circa auctoritatem quam Romani Pontifices in novorum episcopatuum erectione exercuerunt* » 132
CAPUT XI. *De Romani Pontificis potestate episcopatus uniendi ac dividendi* . . . » 133
ART. I. *Praedicta reservatio inter capita disciplinae legitimae constitutae recensenda est* . » 135
ART. II. *Slevogtius refellitur* . . . . . . » 137
CAPUT XII. *De Romani Pontificis potestate episcopos creandi* . . . . . . » 138

CAPUT XIII. *De Romani Pontificis jure confirmandi episcopos* . . . . . pag. 141
ART. I. *Vetus circa episcoporum confirmationem disciplina* . . . . » 143
ART. II. *Potestas confirmandi episcopos Romanus Pontifex a metropolitanis, vel Conciliis provincialibus non accepit, vel extorsit* . » 147
ART. III. *Respondetur Febronio* . . . . » 148
CAPUT XIV. *De Romani Pontificis in episcoporum ordinationibus auctoritate* . . . . » 151
ART. I. *Ex eo quod a SS. Pontificibus non omnes in occidente ordinationes per se peractae fuerint, nihil contra praedictum jus Pontificium colligi potest* . . . . » 153
ART. II. *Praedictum jus R. episcopum in Italia in ipsa Ecclesia Mediolanensi, in Illyrico, in Galliis, in Diaecesi Hispaniensi, ac in Africa obtinuisse constat* . . . . . » 155
CAPUT XV. *De obedientiae juramento ab episcopis Romano Pontifici praestando* . . . » 156
ART. I. *Quo tempore mos invaluerit ut episcopi obedientiae juramentum Romano Pontifici praestent* . . . . » 158
CAPUT XVI. *De Romani Pontificis potestate circa episcoporum jurisdictionem* . . . » 160
CAPUT XVII. *De Romani Pontificis potestate transferendi episcopos* . . . . . » 163
ART. I. *Idem Rom. Pontificis jus transferendi episcopos pluribus confirmatur exemplis* . » 164
ART. II. *Card. Gerdilii sententia circa potestatem transferendi episcopos Romano Pontifici competentem* . . . . » 166
ART. III. *Justissimae rationes postularunt ut SS. Pontifices episcoporum translationes sibi reservarent* . . . . » 167
CAPUT XVIII. *De Papae potestate circa episcoporum renunciationes* . . . . . » 168

ART. I. *Romanus Pontifex episcoporum renunciationes admittere potest, et episcopatuum resignationes ejusdem dumtaxat auctoritate perficiuntur* p. 168
ART. II. *Jus quo Rom. Pontifex utitur admittendi episcopatuum resignationes immerito ab adversariis Papae usurpationibus accensetur* » 170
CAPUT XIX. *De Romani Pontificis potestate deponendi episcopos* . . . . . » 172
ART. I. *Afferuntur exempla depositionum episcoporum quae a Romanis Pontificibus peractae fuerunt* » 173
ART. II. *Refutatur De Marca* . . . . » 176
ART. III. *Febronii objectum diluitur* . . . » 178
CAPUT XX. *De Romani Pontificis potestate episcopos depositos restituendi* . . . . » 180
CAPUT XXI. *De Romani Pontificis potestate concedendi pallium* . . . . . » 181
ART. I. *An antiquae sint Pallii concessiones a Romanis Pontificibus factae* . . . . » 182
ART. II. *Pallium non est novum quoddam servitutis vinculum ad subjugandos Papae metropolitanos excogitatum* . . . . . » 184
ART. III. *Pallii concessio simoniaca caeremonia nequaquam est* . . . . » 186
CAPUT XXII. *De Romani Pontificis jure coadjutorias cum futura successione concedendi* » 187
ART. I. *Per reservationem concessionis coadjutoriae cum futura successione, Metropolitanorum, Synodorumque provincialium jura imminuta non fuere* . . . . » 188
CAPUT XXIII. *De Romani Pontificis jure circa annatas* . . . . » 189
ART. I. *Annatae quid sint, et quomodo dividantur* » ibid.
ART. II. *Annatarum origo* . . . . . » 192
ART. III. *Romano Pontifici jus competit exigendi annatas* . . . . » 193
ART. IV. *Annatarum exactio et solutio a labe simoniaca vindicatur* . . . . . » 196

ART. V. *Annatae injustae non sunt* . . pag. 198
§ I. *Clarissimi Zacharia hac de re testimonium* » ibid.
§ II. *Joannis Marchetti testimonium* . » 203
ART. VI. *Refellitur querela asserentium Pontificium aerarium divitiis superfluis redundare, et tantam divitiarum copiam Romanos dedecere Pontifices* . . . . . . » 208
CAPUT XXIV. *De Romani Pontificis jure circa causas fidei* . . . . . . » 209
ART. I. *Varii errores a plurimis Pontificibus sine ullo generali Concilio condemnati fuere* » 210
ART. II. *An ut Pontificia definitio vim habeat, singularium omnium Ecclesiarum unanimi consensu opus sit* . . . . . . » 212
§ I. *Petri Ballerinii, ac Muzzarelli hac de re testimonia* . . . . . » ibid.
§ II. *Eorum a Gerdilio refellitur error qui Sedis apostolicae partes esse duntaxat arbitrantur, ut in causis fidei caeterarum quae per orbem dissitae sunt Ecclesiarum, sententiam exploret* . . . . . » 218
§ III. *Irenaei ac Tertulliani testimonia a Gerdilio allata quae ostendunt ad quasque haereses revincendas, necesse non esse singularium omnium Ecclesiarum adire successiones, sed satis esse traditionem ac fidem Romanae Ecclesiae indicare* . . . . » 220
§ IV. *Affertur hac de re momentum auctoris operis cui titulus, Italus ad Febronium* » 221
§ V. *Idipsum Cardinalis Gerdilii testimonium luculentissime confirmat* . . . » 222
§ VI. *Cardinalis Lucini ac P. Bernardi Desirant testimonia afferuntur* . . » 223
§ VII. *Ex eo quod R. Sedes interdum universitates attenderit quid in quibusdam quaestionibus perplexis, et adiaphoris sentirent, nil contra id quod statutum fuit colligi potest* » 225

ART. III. *Respondetur adversariis asserentibus Pontificias definitiones in causa fidei saepe novo examini subjectas fuisse* . . . pag. 226
§ I. *Clarissimi Muzzarelli verba hac de re afferuntur* . . . . » 228
§ II. *Cardinalis Ursii animadversio* . » ibid.
§ III. *Egregium sapientissimi Mauri Capellari testimonium* . . . . . . » 229
ART. IV. *Enodatur difficultas ex eo deprompta quod episcopi Judices in causa fidei dici non possent, si omnes Pontificiae definitioni assensum praebere deberent* . . . . » 232
ART. V. *Solvitur Febronii objectum ex eo depromptum, quod Christus omnes apostolos ad Evangelium nunciandum miserit etc. singuli apostoli in Ecclesiis quarum curam suscipiebant, natos errores damnaverint, eorumque successores episcopi in eo jure perstiterint ut errores in Synodis particularibus, rarius in generalibus proscriberent* . . . » 233
ART. VI. *Respondetur Febronio qui in dirimendis controversiis ad fidem spectantibus non aliud Papae tribuere videtur quam ut ejus judicio velut provisorio magna debeatur reverentia, et a particularibus exhibeatur Ecclesiis ut latius errores non serpant* . . » 237
CAPUT XXV. *De Papae potestate noxios libros prohibendi* . . . . . . » 238
ART. I. *Jus noxios prohibendi libros Romano Pontifici competere ostenditur* . . . » ibid.
§ I. *Jure noxios proscribendi libros saepissime Romani Pontifices usi sunt* . . » 240
§ II. *Quam jure meritoque Romani Pontifices noxios libros prohibeant quae hujusmodi libri afferunt mala evidentissime ostendunt* » 242
§ III. *Refutantur adversarii contendentes rigorosam prohibitionem nonnisi perniciosam esse*

posse, eo quod libertinos ipsa prohibitio magis ad lectionem impellit, et contra aufert cordatis viris ut errores qui serpunt confutare possint . . . . pag. 247
§ IV. *Minime improbandae librorum prohibitiones inauditis auctoribus factae* . . » 248
§ V. *Nullatenus Roma reprehendi debet eo quod prohibitionis rationem non reddat* . » 250
§ VI. *Hujusmodi prohibitiones nequaquam Religioni sunt noxiae* . . . . » 251
§ VII. *Respondetur adversariis asserentibus plurima damna reipublicae litterariae hujusmodi prohibitiones afferre* . . . . » 254
§ VIII. *Solvitur Febronii objectio* . » 255
CAPUT XXVI. *De Papae auctoritate regularibus indulgendi exemptiones* . . . » 257
ART. I. *Num Monachorum ab ordinaria episcoporum jurisdictione exemptio in Ecclesia antiqua sit* » 260
ART. II. *Regularium exemptiones a Romanis Pontificibus indultae, inter abusus nequaquam recenseri debent* . . . . . . » 262
ART. III. *Vetus circa regularium exemptionem disciplina* . . . . » 265
ART. IV. *Romani Pontifices non immerito regularibus nonnulla privilegia impertiti fuere* . » 267
§ I. *Suavis hac de re a Cardinali Pallavicino refellitur* . . . . » 268
CAPUT XXVII. *De Romani Pontificis jure casus sibi reservandi* . . . . . » 270
ART. I. *Ut R. Pontifices delicta sibi reservarent necesse non erat ut Episcoporum suffragatio praecederet* . . . . . . » 271
ART. II. *Respondetur Febronio* . . . » 273
CAPUT XXVIII. *De Papae potestate ferendi censuras* . . . . » 274
ART. I. *Plura Pontificiarum censurarum exempla praebent Concilia* . . . . » 276

ART. II. *Summi Pontifices a nemine unquam reprehensi, eo quod ab ipsis Censurae in Oriente adhibitae fuerint* . . . . . pag. 277
ART. III. *Romanus Pontifex dum fert excommunicationem veram jurisdictionem exercet* . » ibid.
ART. IV. *Discrimen quod intercedit inter Episcopi jus, ac Papae auctoritatem excommunicandi* » 279
ART. V. *Febronii sententia quae statuit excommunicationem a S. Pontifice inflictam vim non habere nisi Ecclesiae consensus accesserit, refellitur* . . . . » 281
§ I. *Testimonium hac de re Auctoris operis cui titulus De l'autorité des deux Puissances* » 284
§ II. *Idipsum egregio Mauri Capellari testimonio evincitur* . . . . . . » 285
CAPUT XXIX. *De Romani Pontificis potestate Indulgentias concedendi* . . . . » 286
CAPUT XXX. *De Papae potestate circa servorum Dei beatificationem et beatorum canonizationem* . . . . » 288
ART. I. *Vetus circa Beatificationem et Canonizationem disciplina* . . . . . . » ibid.
ART. II. *Jus soli Romano Pontifici reservatum beatificationis, et canonizationis honores indulgendi* . . . . » 289
ART. III. *Papae potestas canonizationes extra Concilium Generale peragendi* . . . . » 291
ART. IV. *An per praedictam Alexandri III. decretalem jus novum sedi Apostolicae reservatum fuerit privative quoad caeteros, statuendi an huic vel illi Dei servo cultus praestandus sit nec ne?* . . . . » 292
ART. V. *Respondetur adversariis asserentibus antiquitus sanctorum canonizationes a populo et clero fieri consuevisse licentia episcopi regionis ubi qui in sanctorum album referri debet, diem supremum obierat; alicujus vitam ac*

mores melius quam a clero, episcopo, et populo loci sciri non posse, ac processum improbantibus cui hujusmodi mortui obnoxii esse debent . . . . pag. 293
ART. VI. *Summus Pontifex in canonizatione divina minime sibi usurpat* . . . . » 295
ART. VII. *Marci Antonii de Dominis hac de re calumnia refellitur* . . . . . » 296
Conclusio . . . . » 297

APPENDIX

Retractatio Febronii . . . . . . » 303
Cardinalis Gerdilii animadversio in commentarium a Febronio in suam Retractationem editum » 312

HABITA FACULTATE

